A. Diöc. 78 c 19 a. 1.

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA

AD

JUS, ET CONSUETUDINES BAVARIÆ

DE

JURE FÆMINARUM ILLUSTRIUM SINGULARI,

QUAM

SUB AUSPICIIS DIVINI NUMINIS

EX

DECRETO ET AUTHORITATE CONSULTISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS, ET PRIVILEGIIS RITE AC SOLLENNITER CONSEQUENDIS

PUBLICÆ ERUDITORUM CENSURÆ SUBMITTIT

PRÆSIDE

JOAN. JOS. BARTHOL. PRUGGER,

J. U. D. SERENISSIMI ELECTORIS BAVARIÆ RELIQ. RELIQ. CONSILIARIO AULICO ACTUALI, CONSILII ELECT. INGOLTSADIENSIS DIRECTORE, IN ELECTORALI CATHOLICA UNIVERSITATE PRAXEOS, AC JURIS PATRII PROEESSORE PUBL. ET ORD.

NOBILIS AC DOCTISSIMUS DOMINUS

UDALRICUS JOSEPHUS WEISS,

ANGLIPOLITANUS BAVARUS, AA. LL. ET PHIL. MAG. J. U. CANDIDATUS.

CUM APPROBATIONE ORDINARIA.

INGOLSTADII,

Typis Mariæ Annæ Schleigin, Typogr. Academ. Vid. per Carolum Gran p. t. Factorem.

STAAT BIBLIOTHEK

STAATSBIBLIOTHEK
AUGSBURG

REVERENDISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS,
AC GRATIOSIS
DOMINIS DOMINIS
PRÆPOSITIS, PRÆLATIS, ABBATIBUS,
ILLUSTRISSIMIS, AC EXCELLENTISSIMIS
DOMINIS
COMITIBUS,
PERILLUSTRIBUS, AC GENEROSIS
DOMINIS
BARONIBUS,
PRÆNOBILIBUS, NOBILIBUS, STRENUIS
STATUUM PRIVILEGIATORUM SUPERIORIS
AC INFERIORIS BAVARIÆ AD UNIVERSALEM
CONVENTUM
DEPUTATIS,
DOMINIS DOMINIS,
AC
PATRONIS PERQUAM GRATIOSIS.

REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI,
EXCELLENTISSIMI, PRÆNOBILES, NOBILES,
AC STRENUI,

STATUUM PRIVILEGIATORUM SUPERIORIS, AC INFERIORIS BAVARIÆ AD UNIVERSALEM CONVENTUM DEPUTATI,

DOMINI, DOMINI PATRONI
PERQUAM GRATIOSI!

CONſpectum Veſtrum, PATRES, PATRIÆ PROCERES SANCTISSIMI optimi Civis pietate plenus ſubire venerabundus audeo, fidem Vobis, & obſequium ſummum teſtaturus Juvat

Juvat omnino exſtare publicum ad poſteros documentum gratiſſimi, & ſempiterni Cultus iſtius, & obſervantiæ demiſſiſſimæ, qua Patriæ caritas penitus inſita, qua civis religio obſtrictum me vinculis, devinctumque maxime jam pridem tenent.

Receptus enim clementiſſime Parens meus Anno 1745. a virili ætate ad præſentem usque canitiem per gradus in ſervitiis Statuum Veſtra, REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI *& reliq.* DOMINI, DOMINI MÆCENATES perquam GRATIOSI Veſtra, inquam, gratia immortales inter, quas adhucdum debet, gratias aſcendit. In VOS igitur ſe ſuosque æterna devinctos obſervantia cupit, mentis ingratiſſimæ crimen haud delebile ratus, alium, præterquam hunc fontem illuſtriſſimum, ex quo profluunt omnia, aut reſpicere, aut reſpici a ſuis. Vos igitur, REVERENDISSIMI ILLUSTRISSIMI *reliq. reliq.* PATRES PATRIÆ alloquor, atque reſpicio, quibus

ætas

ætas ōmnis in Muſarum ſinu feliciſſime adoleſcens ſcientias ita omnes complexa eſt, ut earum nulla hoſpites VOS, ſed Cives veneretur, feliciſſimos in hoc, quod ampliſſimas Patriæ ſpes fallere cæperitis, dum optata præſtando copioſius omnium vota percurriſtis. Curis jam Patriis admoti non ſurgentis inſtar ſolis radios quosdam vibratis, ſed plenum patriæ lumen affunditis, Veſtroque in ſinu Patria curas deponens placide conquieſcit. Dicerem ſingillatim, quam omnigena ſcientiarum, nec non liberalium artium cognitio, atque intelligentia AMPLISSIMA PECTORA compleverit, ni id permoleſtum VOBIS, magisque laudanda gerere, quam præclare geſta encomiis extolli amaretis, contenti ea facere, ac moliri, de quibus VESTRI ſibi gratulentur ſubditi, admiretur ætas noſtra, ſera poſteritas obſtupeſcat.

Omnia retro REVERENDISSIMI *Reliq. Reliq.* DOMINI DOMINI MÆCENATES

TES perquam GRATIOSI Anteceſſorum VESTRORUM ſydera triſti involuta peplo, ſilenti veſtigio, reverentique ſilentio præterire cogor, cum dictu perquam difficile ſit, plus luctu Patriam imerſerint triſtiſſimi obitus, an Succeſſorum virtus magnanima animos erexerit.

Taceo innumera Sapientiæ veſtræ, & Clementiæ argumenta, ne aut lucem affundere ſoli, aut laudes videar ingerere, ALTIS faſtidium MENTIBUS, nec acceptas, niſi qui blanditiis paſcuntur.

Magnificum, & præconio quovis excelſius, cum præclare geſta exprimere haud liceat, reverenti omnia ſilentio demirari. Quæ, cum ita ſint, cum tantum Diſſertationi meæ juridicæ ex VESTRO fulgore Decus, & firmamentum accedere poſſit, cumque Parentis, & præſertim mei officii ratio jubeat, permittite PATRES PATRIÆ REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI *Reliq. Reliq.* ut VOS induſtriæ hujus qualis-

liscunque auſpices inveniam, Veſtroque REVERENDISSIMO ILLUSTRISSIMO NOMINI exiguas pagellas inſcribam, Ego vero pro tam ſingulari gratia, in qua ſpes meas omnes collocatas habeo, Principum Principem T. O. M. ardentiſſimis votis implorabo, ut VOS *Patres Patriæ publicæ felicitatis conſervatores, ſcientiarum Promotores* incolumes ſervet, atque æterna laude florentem virtutum VESTRARUM gloriam immortalitati commendatam ſtabiliat, ſalutemque VESTRAM, cui ſalus Patriæ innixa eſt, incolumem ſemper, & florentem in longiſſimam annorum ſeriem nobis conſervet. Ita vovet, quem PATRES PATRIÆ VIGILANTISSIMI unacum Patre gratiis VESTRIS longe uberrimis hucusque foviſtis.

Reverendiſſimi, Illuſtriſſimi, rel. rel.
Domini, Domini Mæcenates
Perquam Gratioſi

Servorum infimus
UDALRICUS JOSEPHUS WEISS.

§. I.

De Jure Fæminarum Illuſtrium ſingulari pro laboris academici ſpecimine diſceptaturi, noſtræ Diſſertationis rationem & præcipuam nomenclaturam breviſſimis exponere neceſſe judicamus. Equidem non ignoramus, quod maximi nominis vir Purcard Gotthelf Struf in Jurisprudentia heroica (A) autumet, *Illuſtres* ad Germaniæ noſtræ communem ſenſum illos tantum appellari; *Qui cum Imperio ſummo, vel ſummo æmulo Reipublicæ præſunt, aut ex ejusmodi perſonis nati ſunt*: nobis tamen tanti viri doctrina ideo non arridet, quo minus in notione hac

generali juſtos limites Jus inter Majeſtaticum, & Nobilium ſingulare obſervatos fuiſſe deprehendimus. Nobis adeoque Perſona illuſtris illa audit, quæ ſive Vir, ſive Fæmina ob gradum Nobilitatis eminentiorem a ceteris concivibus diſcernitur, & ſingulari jure utitur: cum vero in Patria noſtra Nobilitas in duplicem claſſem abeat, quorum prima omnibus privilegiis Nobilibus conceſſis plenarie fruitur, & communiter privilegiorum capaces, die Edelmanns-Freyheits-Fähige: vocantur, in ſecunda vero conſtituti aliquibus Dominorum territorialium conceſſionibus carere debent; (B) hinc prænotandum, nobis quidem in præſenti de primæ Claſſis perſonis Illuſtribus ſermonem tantum eſſe, adeo tamen, ut ſecundæ Claſſis jura ſingularia opportuno loco adnotare minime negligemus.

Ceterum animus nobis non eſt, in præſenti determinare, an Privilegium inter, & Jus ſingulare realis intercedat differentia? prius eſt, quod tantum perſonæ determinatæ, vel ſaltem pluribus ejusdem tamen conditionis, vel Familiæ; poſterius vero certo ac integro hominum ordini, Clericorum, Nobilium, vel Militum conceditur: deinde primum impetratur per preces, ab adlegante probatur, & reale vel mixtum tranſit ad hæredes; ſecundum vero continetur in Legibus, non indiget pro-

probatione, & regulariter non tranſit ad hæredes: hinc ſcrupuloſiores, vel ſi mavis, accuratiores Juris communis interpretatores inde arguunt, ad vigorem Privilegii qua talis requiri acceptationem ſaltem tacitam & uſualem, cum alias per non uſum intra decennium amittatur, per claram diſpoſitionem L. 1. ff. de Nundin. quod undique de Jure ſingulari neque cum veritatis umbra dici poteſt. Nobis, ut verum fateamur differentia hæc primum a Strauchio (C) dein a Jac. Frid. Ludovici (D.) annotata in tantum præplacet, ut Privilegia Fæminarum Illuſtrium præſenti Diſſertationc in nucem contracta Juris ſingularis Ethologia adornare juſtum nobis viſum fuerit.

(A) Volum. 1. Part. 1. §. 3.
(B) Diſput. Præſes in Obſerv. prac. de Privil, Statuum Provinc. pag. 14.
(C) Diſput. ad Jus Juſtin. Diſp. 1. Theſ. 8.
(D) In Doctrin. Pandect. Lib. 1. Tit. 4. n. 7.

§. II.

PRimum Nobilitatis ſignum, idque characteriſticum eſt Dignitas, & inde neceſſarius Honor a Concivibus Perſonis Illuſtribus pendendus: cum enim Honores ad Hominis Statum externum pertineant, indubium eſt, eos tribui Perſonis Dignitate

fulgentibus ex Jure Status, adeo, ut communiter Stands-Perſonen nominentur; ceteri vero Statu quaſi privati videantur. (A) Ex quo ſponte ſua fluit, Perſonam Illuſtrem Honorem a ſuis Concivibus Jure exigere poſſe. Patriam noſtram quod attinet, ſicut omnia in terrarum orbe, ſic etiam Nobilitas Bavarica gradus ſuos, in- & decrementa habuit: etiamſi enim antiquiſſimis temporibus Natalium, & Divitiarum ſplendore inclaruit, radices tamen Potentiæ & ſingularis præeminentiæ ad ſeculum octavum tuto referre poteſt. Cum enim Carolus Magnus exauctorato Anno 788. Taſſilone Bavariæ Duce totam Patriam in duodecim Comitatus divideret, iisque tot ex nobiliſſimis Bavaris præficeret, ut Bavaris ob potentiam ſuam regali Solio maximopere moleſtis eo facilius imperaret, res aliter evenire haud potuit, quam quod Nobilitas Bavarica Connubiorum, Succeſſionum, & Confraternitatum Jure ſingularem potentiæ prærogativam acquireret. Et etiamſi ſucceſſu temporis facies rerum in tantum fuit immutata, ut *Sereniſſima Domus Wittelſpachico-Schyrenſis in* OTTONE *I.* Patriæ Sceptrum recuperaverit, tantum abeſt, ut Nobilitas Bavarica jacturam aliquam Dignitatum, & Præeminentiæ paſſa fuerit, ut multo magis plurimas prærogativas Privilegiis a Sereniſſimis Principibus clementiſſime conceſſis in relatis habeat.

(A) Heumann Exercitat. Juris Germ. pag. 110.

§. III.

FAemina Illuſtris tali modo conſiderata ſingulari in Patria gaudet Jure, ſive ſit Virgo, ſive Uxor, ſive mœſta Maritum lugeat. Et quidem Illuſtrem Virginem quod attinet, ea nobis eſt, quæ a Parentibus Illuſtribus ex Thoro legitimo nata ſtatim a Nativitate ſtatus ſui Dignitatem conſequitur. Cum enim Dignitates ab illis, qui præter ſuperficiem nihil vident, ſine ſignis externis dignoſci haud queant, quorum notiſſima ſunt tituli, hinc ſapientiſſime in Patria noſtra per publicam Legem a Sereniſſimo Principe *Maximiliano I.* Anno 1651. ſeptima Auguſti latam (A) ſancitum eſſe legimus, ut a nemine titulus Domicellæ (einer Fräulein) uſurpetur, niſi cui Illuſtres Natales Jus hoc ſpecialiter tribuunt: Als iſt: in terminis: unſer gleichmäßig ganz ernſtlicher Befehl, Will, und Meinung / daß ein ſolches gleichfalls durchgehend abgeſchafft, und verbotten / und ernanntes Prædicat Fräulein / niemand / als der Grafen und Freyhern / wie auch unſer Camerern Töchtern fernershin zu geben / und zu gebrauchen erlaubt / und zugelaſſen ſeyn ſolle.

Eadem Fæminarum Illuſtrium in Legibus Patriæ circa veſtimentorum uſum habetur ratio, ut veſtes

 pretioſas

pretioſas in ſinus flaccidos abundantes, auro, argentoque intextas; Conamque in gradus formatam, & unionibus diſtinctam geſtare queant (B) juxta illud Poetæ:

Virginei crines auro, gemmaque premuntur,
Et tegit auratos Palla ſuperba pedes.

(A) Publici Juris fecit Heumann loc. cit. pag. 153.
(B) Ordin. noviſſ. eſt de 7. Nov. 1749.

§. IV.

Sicut Virgo Illuſtris ſolutam habet eligendi optionem, an nuptiarum fœdus inire, vel illius conditioni renunciare velit: Monaſteriorum Virginum in Patria noſtra Statum breviſſimis licebit adumbrare. Etiamſi vitam aſceticam ad exemplum maſculorum ex Oriente in Occidentem translatam Romæ jam ſeculo poſt Chriſtum natum quarto obſervatam fuiſſe paſſim legimus, in Patria tamen noſtra ante ſeculum nonum nulla veſtigia deprehendimus: Cum vero Theodo Bojoariæ Dux circa dimidietatem ſeculi ſeptimi chriſtiana Sacra in Patriam introduceret, Monialium, Virginum Deo ſacratarum, Sanctimonialium, & Aſcetriarum clauſtra inſignia incrementa acceperunt: non errant, qui horum numerum hodie ad triginta, & quod excedit, referunt. His ſucceſſere Virgines Canonicæ

ad

ad inſtitutum Chrodegangi, ſub regula non tam ſtricta viventes, inque Regulares triplici voto conſtrictas, & Seculares, quæ voto tali non ſtringuntur, diviſæ (A) Monaſteria Nobilium Virginum in Schönfeld & Kiemſee, nec non Ducales Abbatias in inferiori', & ſuperiori Münſter, Ratisbonæ pro exemplo afferre poſſumus. Virgo Illuſtris Monialis, vel Canonica primi ordinis per Annum probationis plenaria quidem retinet Nobilitatis jura, adeo, ut ad Seculum reverſa juris domeſtici priſtinum retineat uſum; ſi vero ab Epiſcopo, vel ejus vices gerente in Benedictionis actu, veſtibus induta, veloque, annulo, ac corona nuptiali ſolenniter Chriſto deſpondetur, Status Familiæ in tantum immutatur, ut ob rationem votorum emiſſorum præter Dotem, vel legalem, vel pactitiam (quæ tamen Summam duorum millium florenorum excedere non poteſt) (B) petere nil queat: cum econtra Illuſtris Canonicarum ſecularium plenarium Familiæ Jus retineat, adeo, ut reverſa ad Seculum, juris ſingularis Statui ſuo competentis uſum recuperet.

(A) Mabillonius præfat. in Secul. 2. & paſſim in Actis SS. Ord. Benedicti §. XLVII.

(B) Clementiſſ. Decret. de 13. Oct. 1764. & 10. May. 1765.

§. V.

CUm Patriæ noſtræ Jura ſingularia eo præcipuè invigilent, ut Perſonæ Illuſtres omni tempore a fortunæ ludibrio, quantumcunque per rerum humanarum viciſſitudines fieri poteſt, ſecuræ reddantur, hinc etiam circa Fæminas & Virgines Illuſtres plura ſingularia deprehendimus: ſic Virgo Illuſtris orbata Parentibus non ſolum Statui ſuo convenienter ali debet, ſed etiam ne indefenſa maneat, Tutores legitimos ex Familia recipit: utriusque ſequentem obſervavimus praxin. Alimenta neceſſaria recipit Virgo Illuſtris ex paternorum bonorum reditibus, ſive allodialia illa ſint, ſive feudalia, vel etiam fidei commiſſo ſtemmatico gravata; quod etiam in tantum procedit, ut, etiamſi fructus horum bonorum ob debita fortaſſis a fratre contracta ex Decreto prætorio cederent Creditoribus, ad victum & veſtitum pro conditione Status neceſſaria Jure competentiæ petere & vindicare poſſit: cujus rei eo magis ſumus indubii, cum Sereniſſimus Elector Ferdinandus Maria in Diplomate. 20. April. 1672. exarato Clementiſſime conceſſerit, ut dotes, & portiones debitæ Filiabus Illuſtribus aſſignari poſſint in bonis fidei Commiſſo gravatis: in verbis: So fern aber zu Verſicherung der Heyrath-Güter und Verglichnen, oder erkenten Portionen keine andere / als

mit

mit obbemeldten Fidei - Commiſs - Bürden beladene Güter vorhanden wären / ſo verordnen wir, daß dieſelbe auf erſtgedachten Güter dergeſtalten verſichert werden mögen / daß auch ein künftiger Beſitzer / und Fidei - Commiſs - Erb von den Nützungen der Fidei-Commiſs - Güter ſolche abzuſtatten ſchuldig / und gehalten ſeyn ſolle. Juſta ut credimus juris Epikia inde inferimus: Filiam Illuſtrem nondum deſponſatam alimenta in bonis Fidei - Commiſſo gravatis eodem cum dote jure, in re nempe & hypotheca legali prætendere poſſe: adeo, ut in caſu denegatorum alimentorum ad tenorem citatæ Pragmaticæ Summam quot Annis determinandam vel arbitratoris, vel Judicis competentis Sententia proſequi poſſit. Cum enim mens allegatæ Legis eo præcipue tendat, ut Filiæ Illuſtres ob generalem paternæ, maternæ, & fraternæ hæreditatis renunciationem juſtum ſolamen reciperent, in irritum certe intentio Legislatoris abiret, ſi Filia Illuſtris cum trium vel quatuor millium florenorum dote numerata e domo paterna exul, vel ad impar connubium, vel probroſam egeſtatem induceretur

§. VI.

Sicut vero Patriæ Leges Annum vigeſimum primum completum pro ætate majori requirunt,

ſic Annis his minores ſub cura aliorum eſſe jubentur : & quidem Filiam Illuſtrem quod attinet, ſi poſt fata materna in poteſtate paterna remanet, tutore eo minus indiget, cum ſub poteſtate conſtituta in alterius poteſtatem tranſire haud poſſit. Dubia hic oriri poſſent : 1.) An Pater præſertim Illuſtris ſuper bonis maternis hæreditariis teneatur conficere Inventarium ? 2.) cum ad uſum Patriæ retineat uſumfructum dotis ad dies vitæ, an eam valide poſſit alienare, & Liberis ſuo tempore reſtituere æſtimationem ? 3.) An etiam in Parapherno & quidem rebus, quæ uſu conſummuntur, uſumfructum habeat ? Nos conſideratis omnibus reſpondemus breviter ad 1.) nullum Patrem, multo minus Illuſtrem (ſi homines plebeios excipias A.) teneri ad confectionem Inventarii ſtricte dicti, ſed ſufficere, ut vel ex inſtrumento dotalitio, vel aliunde per teſtes, vel confectam fortaſſis ſpecificationem intra Annum & diem præmortuæ Uxoris Bona illata proximis Cognatis vel Agnatis deſignet ; cum econtra ad 2.) Dotem niſi æſtimato datam, valide alienare nullo jure queat, cum poſt mortem Uxoris dominium naturale cum civili conſolidatum plenario jure transferatur in Hæredes Liberos, ut omni proprietatis & Dominii jure contra quoscunque Poſſeſſores experiri valeant, Pater econtra præ-

ter

ter beneficium competentiæ, a qualitate uſufructuarii, & bonæ fidei Poſſeſſoris ſingulare nihil retineat: Ad 3.) indubium eſt, quod ad mentem Juris Patrii Pater, præſertim illuſtris etiam in Parapherno uſumfructum retineat mortua Uxore, hinc etiam tanquam legitimus ſuorum Liberorum Tutor, & Bonorum pupillarium Adminiſtrator res conſumptioni obnoxias ad utilitatem ſuorum Liberorum alienare, immobiles vero & pretioſas conſervare tenetur: ſed tamen cum notabili differentia, qnod Pater illuſtris, vel etiam Nobilis Juris ſigillandi capax Bonorum maternorum dotalium, & Paraphernalium uſumfructum ad dies vitæ retinere, aliunde vero vel ex proſpera fortuna, vel collateralium hæreditate ad Liberos ſuos devoluta, illis ex poteſtate Patria dimittendis reſtituere teneatur. (B)

(A) Tax-Ordnung de Anno 1735. voc. Inventur. pag. 44.

(B) Cod. Maximil Civ. P. 1. C. 5. §. 5. ibique in Notis.

§. VII.

TUtela ad Patriæ mores vel eſt teſtamentaria, legitima, vel dativa, cui, præſertim inter Illuſtres quartam ſpeciem, nempe pactitiam addere poſſumus: (A) Teſtamentaria eſt, quæ vel in Te-

ſtamento vel Codicillo, vel alio quocunque modo conſtituitur. Jus nominandi Liberis Tutorem Genitori ipſa natura tribuere videtur, quod Leges civiles ad effectum Patriæ poteſtatis reponunt. Frequens hinc eſt quæſtio, an Mater Liberis poſſit dare Tutorem in Teſtamento? non deſunt, qui affirmativam utraque manu tenent, cum enim jus naturale Matrem a Tutelæ datione minime excludat, ſed multo magis ob teneriorem in Liberos affectum Genitori maſculo præferre videatur, prætendunt, mores Germaniæ ſubtilitatis Juris Romani pertæſæ plures Juris materias, præſertim vero Teſtamentorum, & Tutelarum ad Juris naturalis ſimplicitatem reduxiſſe: hinc nihil obſtare autumant, quo minus Matri æque, ac Genitori maſculo Jus plenarium Patriæ poteſtatis, conſequenter etiam datio teſtamentaria tutelæ attribuatur: (B) Sed enimvero, quis non primo intuitu palpitat, Patronos hujus ſententiæ in ipſa tam pertæſa Juris Romani ſubtilitate mentem Legis non conſiderare, cum utique Mater a tutelæ datione in totum non excludatur, ſed tantum illius judicium in eligendo Tutore, utpote virili infirmius, paterno in tantum poſtponatur, ut inſuper etiam confirmatio judicialis requiratur: (C) cui accedit, quod ſententiæ hujus Aſſeclæ aperte nimium admittere teneantur, a-

deoque

deoque parum vel nihil probent, cum Matri plenarios Patriæ Poteſtatis effectus, & conſequenter etiam uſumfructum in Bonis adventitiis Liberorum adjudicare deberent, quod utique omni ratione Legis deſtitutum notoriæ Germaniæ Praxi aperte refragatur. Sapientiſſime hac in re Statuta Patria noviſſima media utuntur via, ut Matrem a datione Tutelæ Teſtamentaria quidem excludant, Tutores tamen tales judicialiter confirmatos dativos magis, quam Teſtamentarios æſtiment, adeo, ut Tutores inter Maternos, & alios Procuratores vel Mandatarios, ab extraneo, qui Liberos Hæredes ſcribit, in Teſtamento conſtitutos diſcrimen non agnoſcant, (D) Prudenter inde Leges Patriæ differentiam Tutelam naturalem inter & Teſtamentariam obſervant, & Jus Patriæ Poteſtatis Patri, tanquam Familiæ Capiti ex Statuto conjugali competens, ſartum tectumque conſervant.

(A) Perill, ac Excell. L. B. de Kreitmayr in Not. ad Cod. Max. P. 1. C. 7. §. 4. n. 2.

(B) Præcipuus hujus opinionis Author eſt de Ludvvig de Tutel. Diff. 5.

(C) Lauterbach L. 26. Tit. 2. §. 5.

(D) Perill. ac Excell. L. B. de Kreitmayr Loc. cit. §. 5.

§. VIII.

IN defectum teſtamentariæ Tutelæ ſuccedit legitima, quæ proximis Conſanguineis, Agnatis, vel Cognatis ab ipſa Lege defertur, ſervato ordine Succeſſionis ab inteſtato: ſicut enim Leges juſtitiam Tutelæ paternæ in affectu paterno, & Jure ex ſtatu conjugali Patri competente ſtabiliunt, ſic idem reſpectus intuitu Sanguine junctorum obtinet, utpote quibus ob affectum parentalem educatio Pupillorum tutius quam extraneo concreditur, & Bona pupillaria ob ſpem hæreditariam eo facilius ab alienatione conſervantur. Ceterum defectus teſtamentariæ Tutelæ debet eſſe plenarius, adeo, ut tamdiu, quamdiu Tutor teſtamentarius vel haberi, vel forſan cum impedimento datus ſperari poſſit, non legitimo, ſed dativo Tutori Locus ſit. Sed quid de voto captandæ mortis a Romanis Legislatoribus in cauſis ſucceſſoriis tantum formidato? Reſpondemus ad hoc cum aliis Juris Germanici Interpretatoribus, timorem hunc ſemper vanum viſum fuiſſe Genio Germaniæ, vel quod cordati Germani tam remotam mortis umbram non tantum pertimeſcerent, vel quod id genus inſidiarum a Germaniæ integritate alienum judicarent: ipſum Senatusconſultum Macedonianum non tam ob periculum Parentibus a Statu obærato ſuorum Liberorum pertime-

timeſcendum, ſed ob favorem potius Filiorumfamilias receptum fuiſſe contendunt: nobis hac in re Jurisprudentia Romana valde vacillare videtur; quis enim non videt Romanos per prohibitionem Pacti ſucceſſorii, vel Senatusconſulti Macedoniani non omnem captandæ mortis ſuſpicionem removiſſe, cum v. g. Filius nondum emancipatus eadem temeritate ad Libertatem aſpirare; quam Tutor legitimus Hæreditati pupillari inhiare poſſit. Dubitatum aliquando fuit, an Tutela hæc legitima non ad res obſoletas, vel jure civitatis in Germania nunquam donatas referri debeat? Cui opinioni inter alios celeberrimus quondam Patriæ Cancellarius L. B. de Schmid adſtipulabatur: ſed ſicut indubium eſt, quod tam in Germania, quam etiam ipſa Bavaria plurima Exempla Tutelæ legitimæ exhiberi poſſint, ſicut præcitatus Struvius in Jurisprudentia heroica (A) plures exhibuit, jure optimo tanquam Juri Germanico, Bavarico, & naturali conſentanea civitati reſtituitur. (B)

(A) Tom. 5. Cap. 6. §. 2. 3. 5.

(B) Perill. ac Excell. D. L. B. de Kreitmayr Loc. cit. §. 6.

§. IX.

TErtiam demum Tutelæ ſpeciem conſtituit dativa, quæ in defectum teſtamentariæ & legitimæ

Tu-

Tutelæ a Magiſtratu datur: quod per Magiſtratum in Germania ordinarie Judex Jurisdictionis baſſæ, ſeu inferioris ſubintelligatur, nemo eſt, qui ignorat, officium enim Judicem eo præcipue obligat; ne Pupillos ob teneram ætatem perverſorum hominum malignæ aſtutiæ indefenſos relinquat: difficilis ſæpe inde in Foro oritur quæſtio, quis ergo Tutores petere teneatur? Sæpius enim Pupilli Majores facti conqueruntur, quod a Magiſtratu ſine Tutore indefenſi relicti fuerint. Quod Jus Romanum neceſſitatem hanc imponat Matri, dein proximis Conſanguineis, ex toto Titulo ff. qui pet. Tut. colligi aperte poteſt, imo ut a Pupillo omne periculum avertant, Tutoris petitionem popularem conſtituunt: L. 2. §. 3. ff. L. 4. Cod. qui pet. Tut. cui Leges Patriæ in tantum adſtipulantur, ut imprimis conſanguineos, in horum capite vero utique Matrem, dein etiam ipſos Tutores teſtamentarios, & quidem ſub pœna arbitraria, & reſtitutione damni cauſati obligent, terminumque ab Anno integro ad triginta dies reducant. (A) Haud otioſa hic erit quæſtio, qualem ergo ordinem Pupillus Major factus ſervare teneatur, ſi minor indefenſus relictus ſuorum Bonorum jacturam fecerit? Nos actionem contra conſanguineos competentem principalem, contra Magiſtratum vero ſubſidiariam judicamus,

cum

tamen Leges Patriæ expreſſe *Notitiam* requirant, conſanguinei vero facilius ſe cum abſentia, quam ipſus Judex officio ſuo ſemper præſens excuſſare poſſint, non raro contingere poteſt, ut Judex principali actione compellatur. Trita circa hanc Materiam eſt Controverſia, an ergo hodie omnis Tutor ſit dativus? qui nihil intereſſe exiſtimant, an Tutor teſtamentarius ſit, legitimus, vel dativus, perpendant, quod teſtamentario Tutori poſſit remitti Confectio Inventarii, dativus vero ſemper detur cum Inquiſitione. Argum. L. 2. Cod. de Alim. Pup. præſtan. L. 2. Cod. quan. & quib. quart. deb. Deinde quod teſtamentarius per excuſationem amittat Legatum in eodem Teſtamento relictum. Lib. 28. §. 1. L. 32. & L. 33. ff. de Excuſ. Tutor. quod neque de legitimo, neque dativo dici poteſt: hinc ad propoſitum reſpondemus, ex hoc, quod hodie omnis Tutor judicialiter debeat confirmari, (B) minime inferri poſſe, Tutelam hodie omnem eſſe dativam, cum Jus Germanicum hac in re aperte intendat ſecuritatem Pupillorum, quin inter ſpecies Tutelarum cum Jure Romano receptas diſcrimen ſtatuat.

(A) Perill. ac Excell. D. L. B. de Kreitmayr Loc. cit. §. 8.
(B) Receſſ. Imp. de An. 1548. & 1577. Tit. 4.

§. X.

ADjungimus his ob identitatem quartam ſpeciem, nempe pactitiam, utpote quam moribus & Conſuetudini Germaniæ debemus. Dependet hæc a Pacto & mutuo contrahentium Conſenſu: ſolent enim Parentes Germani, præſertim Illuſtres per Pacta vel Dotalia (Heurathsbrief) vel Domus (Haus- und Familien-Vertrag) Liberis ſuis natis, vel ſperandis proſpicere de futura Tutela, adeo, ut partim ſanguinis, partim ſpei ſucceſſoriæ habeatur ratio. An talia Pacta poſſint revocari? Doctiſſime in Notis ad Cod. Maximilianeo-Civilem eo reſolvitur.(A) Pacta iſta eſſe eo magis revocabilia, ſi a Patre vel in Pactis dotalibus cum Matre Liberorum initis, vel etiam aliunde fuerint ſtipulata, cum Patris præcipue favorem reſpiciant, cui utique quilibet licite renunciat: cum econtra Tutela pactitia, quæ potiſſimum in Familiis Principum per Pacta Domus ſtabiliri ſolet ob Jus proximo Agnato inde quæſitum, revocationi non ſit obnoxia. Lubet apponere Praxin, quæ in Tutelis Illuſtrium in Patria noſtra obſervatur: ſi Pater Illuſtris debitum, quod Naturæ debet, perſolvit, relicta Vidua, vel in illius defectum, qui curam Familiæ gerit, ante omnia Conſanguineos per Litteras in margine nigro Lineamento notatas, & cera ejusmodi coloris ſignatas de funeſto

neſto funere certiores reddit, ſimulque rogat, ut vel in Perſona vel per Mandatarios ſatis inſtructos convenire, & Hæreditatem defuncti ſuis Sigillis Gentilitiis obſignare velint. Solerter cavent Statuta noſtra Provincialia, ne huic Obſignationi ſe immiſceant Hæredes defuncti præſumpti (B) vel illi, quibus Hæreditas obligata exiſtit, quorum omnium prima Vidua venit, ne nempe vel Hæreditati, vel rei alienæ ſe immiſcere videantur, quod tamen ad Legatarios & Creditores particulares noſtro judicio extendi non poterit. Si vero Conſanguinei tam longe diſſiderent, ut vel adeundi copia, vel conveniendi Facultas in tempore non foret, Vidua Illuſtris omnino erit obligata a Dicaſterio Electorali, cui Jurisdictio in Hæreditatem jacentem competit, Commiſſarios petere, qui deinde res Hæreditarias modo proviſorio obſignare, ad adventum vero Conſanguineorum Illuſtrium Sigillum iterum removere ſolent. Si jam Conſanguinei vel ex publicatis tabulis teſtamentariis, vel ex inſpectione Pactorum Domus certiores redduntur, an Tutelæ Teſtamentariæ, Legitimæ, vel Pactitiæ Locus ſit, monentur Tutores ex Conſanguineis, ut confirmationem judicialem a Dicaſterio Electorali, quod Jurisdictionem in Hæreditatem, & Pupillos Illuſtres ordinariam exerceat, petant, & confectioni Inventarii in-

tereſſe velint: qui deinde obtenta confirmatione, & rite per Conſanguineos illuſtres confecto Inventario Tutelæ adminiſtrationem in ſe ſuſcipiunt: idem obtinet, ſi Pater Illuſtris vel Nobilis Executores teſtamentarios nominaverit, quibus Juris ſigillandi capacibus Jus conficiendi Inventarium, in præſentia Teſtium, & illorum, quorum intereſt, competit. (C)

(A) Loc. cit. §. 5. n. 6. & 7.
(B) Cod. Max. Civ. P. 1. C. 3. §. 17.
(C) Loc. cit. præſertim in gratioſiſſimo Decreto de dato 1. Octob. 1760.

§. XI.

Tutelam Filiæ Illuſtris communiter vel finiunt, vel excipiunt Nuptiæ, hinc etiam de his brevis nobis erit Sermo. Qam belle Romani Connubia noſtrorum Majorum depinxerint, ex verbis Taciti (A) colligere licebit. *Apud Germanos*, inquit, *publicatæ pudicitiæ nulla venia. Non forma; non ætate, non opibus Maritum invenit. Nemo illic vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur. Sic unum accipiunt Maritum, quomodo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra; ne longior cupiditas, ne tanquam Maritum, ſed tanquam Matrimonium ament.* Et poſt intervallum: *Severa*, inquit, *illic Matrimonia, nec*

ullam

ullam Morum partem magis laudaveris. Nam prope soli Barbarorum singulis uxoribus contenti sunt. Verba certe ære & marmore digna, etiamsi tam facile divinare haud liceat, de quibus Germaniæ Provinciis Tacitus mores Germanorum observatos posteritati transmiserit. Sicut Matrimonium præter rationem Sacramenti, quam ex Instituto Divino accepit, etiam qualitatem contractus civilis habeat, vi cujus tam personæ contrahentes, quam etiam illarum res Juris singularis dispositioni subjiciuntur, hinc etiam in Patria nostra plura occurrunt notatu digna. Virgo Illustris Nuptias ambiens ante omnia suorum consensum requirat, necesse est; Licet enim Leges nostræ Patriæ a Doctrina Juris Ecclesiastici minime recedant, & ad valorem Matrimonii consensum contrahentium sufficientem agnoscant; aliud tamen in Foro Fori obtinet, ubi Liberi neglecto Majorum suorum consensu ex inconsiderata mentis intemperie ad impar connubium convolantes justas imprudentiæ suæ pœnas luunt: (B) cum utique Reipublicæ maximopere interfit, ut a Liberis debita Majoribus Reverentia exhibeatur, & levis sæpius, & immatura Liberorum ad nuptias prurigo Majorum experientia ad justos limites reducatur. Sed quodnam connubium ergo ad mentem Juris Patrii erit impar, & quorum Majorum requiritur

consensus? Quod impar connubium determinare res sit plena periculi, in sæpius citato Struvio pluribus videri potest: Leges Patriæ sicut hac in re non solum ad Nobilitatem, & Illustres Natales, sed ad quemlibet Statum & Conditionem Civium respiciunt, inter Matrimonium impar, & probrosum apertam distinctionem faciunt. Impar nostro judicio erit connubium, si vel ipsa persona cum impari contrahens, vel Liberi ex tali Matrimonio sperandi Status prærogativam, vel jus singulare amittunt, sic Fæmina plebeia Fabri lignarii fortassis filia impar connubium cum illo contrahit, cujus Liberi ad collegia opificum non admittuntur, & consequenter neglecto consensu Majorum privationem dimidietatis Hæreditatis paternæ incurrit: cum econtra Filia Illustris Comes nubens Baroni impar connubium, quod apud Illustres *mesallience* dicitur, non ineat, cum Barones eadem cum Comitibus in Patria nostra Status prærogativa utantur, & a Sereniſſimis Bavariæ Dominis Privilegiorum Nobilium (der Edelmanns-Freyheit) cum Comitibus promiscue capaces redditi fuerunt. Probrosum demum erit Connubium, quod Parentibus & ceteris Consanguineis turpe, & ignominiosum reputatur. Jura patria Parentibus concedunt, ut contumeliam a Liberis per probrosum Matrimonium

illis invitis, vel inſciis contractum illatam exhæredatione univerſali omnium Bonorum vindicare poſſint. Sed cum etiam aliquando Parentes injuriam ſibi illatam juſto majorem reputare ſoleant, Leges Patriæ magnam diſparitatem inter contrahentes requirunt, quod vel a Status omnimoda inæqualitate, vel vitæ anteactæ turpitudine, vel communis famæ notorie læſa integritate æſtimari oportet: **etwann gar an eine ſchlechte / leichtfertig / oder verleimde Perſon.**

Conſenſum Majorum quod attinet, primo loco in Jus vocantur Parentes utriusque Sexus; Sed quid, ſi fortaſſis inter ſe diſcreparent? nos Patris, tanquam Familiæ Capitis ſuffragium præferendum fore judicamus. In Parentum præmortuorum locum ſuccedunt Avus, & Avia, demum Tutores, & ipſe Magiſtratus, ſi fortaſſis perſonæ contrahentes ob Status vel officii rationem conſenſu vel ipſius Domini territorialis, vel Judicis ordinarii indigent. Circa Perſonas Illuſtres in Patria eſt ſingulare, quod Screniſſimus Dominus territorialis Lege publica pragmatica (C) declaraverit, ſe nullam Fæminam, ſine ſuorum Parentum, Conſanguineorum, vel Tutorum conſenſu in Matrimonium elocare velle.

(A) De Moribus Germanorum Cap. 19.
(B) Cod. Max. Bav. Civ. P. 1. Cap. 6. §. 4. n. 4.
(C) **Der erklärten Lands-Freyheit.** Part. 3. Art. 11.

§. XII.

PRimum, quod Virgini Illuſtri in Matrimonium elocandæ aſſignari debet, eſt Dos. Neceſſitatem dotandi Filias Leges patriæ imponunt Patri, expreſſa tamen conditione, ſi Filia nubens adhuc in patria poteſtate, vel ſaltem victu paterno conſtituta ſit. (A) In cujus Locum ſuccedit Avus paternus: Matri vero tunc demum dotandi onus imponunt, ſi Filia viginti quinque Annis major Maritum nondum invenire potuerit, vel ſi ab erronea Matris religione ad veram fidem revertatur. Cum econtra Fratres & Sorores contra aliquorum Juris communis Interpretum opinionem ab onere dotandi Sorores Jure patrio immunes reddantur. Filias Illuſtres quod attinet, præcipuum hac in re nihil habent, quam quod etiam a Fratribus, qui tam in Bonis ſtemmaticis, & Fidei-Commiſſo gravatis, quam etiam in Allodialibus cum excluſione Filiarum ſoli ſuccedunt, Dotem prætendere poſſint, quæ tamen ad conſuetudinem Patriæ non tam Dotis, quam legitimæ paternæ habet rationem, & ſummam trium vel quatuor millium florenorum excedere non ſolet: Verba pragmaticæ hujus Conſtitutionis a *Ferdinando Maria* piiſſimæ memoriæ Electore in bonum Nobilitatis Bavaricæ 20. April. 1672. Monachii promulgatæ ſunt ſequentia. Ob zwar drittens in unſerem

Chur-

Churfürstenthum / und Landen zu Bayern, bey theils Familien bishero gebräuchig gewesen, daß die Töchter gegen einer Adelichen Aussteur und Fertigung sich des übrigen Vätter- und Mütterlichen Guts verziehen / und nicht darauf gesehen worden / ob solche Aussteur die Legitimam und Noth-Gebührnuß erreiche, allermassen in unseren Landrechten hievon mehrere Anregung geschiehet, bey welchem Particular-Herkommen und Gebrauch es auch ins künftig sein Verbleiben hat; jedoch und weilen diese Verzüchten nicht bey allen, sondern nur etlichen wenigen Familien observiret, und dardurch dem Adel insgemein nicht geholfen / sondern bey den mehreren die durchgehende Gleichheit zwischen Söhn und Töchteren, ausser etwann bey theils derselben eines unvergiebigen schlechten Manns-Fortel gehalten: wordurch die Erbschaften erschöpft / und der Adeliche Manns-Stammen am Vermögen gleich Anfangs dergestalt geschwächet worden / daß sich derselbe hernach nicht mehr / oder schwerlich erschwingen kunte / damit derohalben auch deme gesteuret / und der Adel mehrers conserviret werde; so statuiren / und ordnen wir gnädigst / daß zwar forderst der Elteren Dispositiones und lezte Willen: wann einige verhanden / zwischen den Söhnen und Töchtern beobachtet / und vollzogen werden solle / wann schon die Töchter hierdurch ihr Legitimam, oder Noth-Gebührnuß so genau nicht

bekommen würden. Zum Fall aber die Eltern wegen fürcillenden Tods / oder anderer Ursachen halber nichts disponiren kunten / oder wollten; so sollen nun hinfüran Kraft dieser unser gnädigsten Verordnung und Statuts, bey demjenigen Adel / welcher der Lands- und Edelmanns-Freyheit fähig ist / alle Töchter ohne weitere Verzücht von der Vätter- Mütter- und Brüderlichen Erbschaft ipso Jure für verziehen gehalten: und ihnen ein ehrliche / ihrem Stand gemeß Aussteur und Fertigung / nach gestaltsame des völligen Vermögens durch die Brüder / oder deren Mannliche Descendenten (darauf sich diese Ordnung ebenfalls verstehet) mit Zuziehung der nächsten Befreunden assignirt / und ausgezeigt werden / also zwar / daß sich die Töchter damit zu befriedigen schuldig seyen / wann schon die assignirte Quota die Legitimam oder Noth-Gebührnuß nicht völlig erreichen wurde.

Da sich aber die Brüder / oder deren Mannliche Descendenten und Befreunde Ratione des Quanti nicht vergleichen kunten / oder die Töchter so hart gehalten werden wollten / daß sie sich dessen zu beschweren billige Ursach hätten / und über allen angewendten Fleiß sich in der Güte mit ihren Brüderen und Befreunden nicht vergleichen kunten / noch einigen compromißlichen Ausspruch durch beederseits beliebige Schütz-Männer / und von ihnen / da es von

nöthn

röthen ist / erkießten Obmann (welche wege man forderst zu ergreifen / und zu beobachten hat) annehmen : und dabey verbleiben wollten / so solle auf solchen Fall das Quantum oder die Quota von unserem Hofrath oder Regierungen nach Beschaffenheit des Stands / Vermögens / und anderer mitlaufender Umstände determinirt : auch zu solchem Ende von den Brüdern und Befreunden ein verträuliche Aufrechte / Summarische Anzeig der Verlassenschaft übergeben werden / damit man cum Cognitione Causæ den Ausspruch thun kunte.

(A) Notæ ad Cod. Max. Bavar. P. 1. C. 6. §. 13. n. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

§. XIII.

CUm tamen renunciatio hæc a Sereniſſimo Territorii Domino mere in favorem Stemmatis Maſculini introducta ſit, hinc ſua ſponte fluit, Filias Illuſtres Jus Sanguinis inde minime amittere, ſed totum retinere; adeo tamen, ut tamdiu, quamdiu Maſculi de Familia ſuperſtites ſint, quaſi dormitet, in horum vero defectum plenarie reviviſcat : qui Recurſus, der ledige Anfall dicitur. Circa hunc recurſum differentia inter definitum, & indefinitum ſpecialiter notari debet: indefinitus eſt, qui ab omni ſpe hæreditaria renunciantem in perpetuum excludit, adeo, ut in poſterum Hæredum nomine

non amplius veniat; Filia regulam Ordinis bonorum temporalium incapacis profeſſa vel hæreditati ob æs fortaſſis alienum latens in totum renuncians, tali modo ſpe hæreditaria in perpetuum carere debet. Definitus eſt, quæ a Fœminis Illuſtribus in favorem Stemmatis maſculini vel expreſſe præſtari, vel ipſo jure exigi ſolet. Filia tali modo renuncians vel pro renunciata ipſo jure habita teſtamentum paternum præterita rumpit; ad determinandam legitimæ quantitatem venit in numerum Liberorum, & in caſum aperturæ plenario Jure hæreditario utitur. (A)

Verba citatæ Pragmaticæ circa recurſum Filiarum Illuſtrium ſequentia continet.

Damit aber vierten auch den Töchteren auf den ledigen Anfall / wann nemlichen der Manns-Stammen / als zu deſſen alleinigen Favor, und Conſervation dieſe Verordnung abzielet / und angeſehen iſt / bey oberwehnten Adeliſchen Perſonen erloſchen / und alſo Ratio Legis aufhören / oder nachlaſſen wurde / des Regreſs halber gebührend vigiliret werde. So iſt unſer Meinung / Will / und Ordnung hiemit / daß gleich zu Anfang / da die Renunciation geſchiehet / ein gewiſſes Quantum ausgeworfen / und daſſelbe Quantum zugleich in eben dasjenige Buch / worinnen die Majorat, Fidei-Commiſs, und andere derley Diſpoſitiones,

sitiones, obverstandnermassen begriffen / eingetragen werden: und dessen Effect seinen Anfang von der Zeit der Immatriculation nehmen solle.

(A) Cod. Max. Civ. Bav. P. 3. C. 3. §. 14. n. 7. & §. 15. n. 4. C. 11. §. 3. & 4. n. 1.

§. XIV.

Sicut vero in Patria nostra Filiæ Illustres intuitu Hæreditatis paternæ, maternæ, & fraternæ usque ad recursum, den ledigen Anfall, ipso Jure habeantur renunciatæ, quæritur, an in Casu, si in tali Hæreditate cum Fratribus concurrunt, possint petere confectionem Inventarii, si nulla certa Summa a Testatore pro casu recursus fuerit assignata? Deinde an Summa ista a Testatore pro recursu assignanda debeat esse æqualis legitimæ, adeo, ut in casum Læsionis Filiæ Illustres possint agere ad Supplementum? putat quidem solertissimus in re patria quondam Professor Herman Anton de Chlingensperg (A) Objectionem hanc in Patria esse superfluam, cum portio ista statim ab initio renunciationis determinari, & una cum Fidei-Commisso, vel Majoratu in Matriculam publicam redigi debeat. Sed quis non primo intuitu videt, verba Legis magis esse de consilio, quam præcepto? Deinde quo-

ties non contingere poteſt: quod Teſtator ab inteſtato decedens meram Hæreditatem allodialem relinquat, ubi ad mentem Legis nihil in Matriculam redigitur, & nihilominus Filiæ renunciatæ ab Hæreditate usque ad liberum recurſum abſtinere debent: nos adeoque cum Beſoldo (B) affirmative reſpondemus, & quidem cum additamento, quod Fratres portiones Sororibus in caſum Recurſus aſſignatas valide alienare non poſſint. Sed ſubdubitatur, an ergo Filiæ Illuſtres hoc in caſu Inventarium ſpecificum exigere poſſint, an vero cum generali, & naturali contentæ eſſe debeant? nos ſalvo tamen per omnia melius judicantis judicio exiſtimamus, Filias Illuſtres in caſu propoſito petere poſſe Inventarium ſpecificum, quod tamen in tantum cum Grano Salis erit accipiendum, ut non omnes res quotidiano uſui inſervientes, ſed pretioſiores demum, & ſervando magis ſervabiles in æſtimationis computum trahantur.

Secundam quæſtionem breviter reſolvimus; ſicut Lex pragmatica præcitata Parentibus quidem indulgeat, ut Filias minori dote elocare, & ſic bona ad favorem Stemmatis maſculini in Familia conſervare poſſint; Filiæ vero Illuſtres cum dote Legitimam non adæquante usque ad recurſum contentæ eſſe jubeantur, credimus, Patrem in conſtituen-

da

da Summa recurſus eo magis ad proportionem legitimæ reſpicere debere, cum Filiæ Illuſtres extinctis Maſculis plenarium Jus ſuccedendi recuperent.

(A) De remed. conſervand. Nobilit. Bavar. pag. 44.
(B) In Conſil. P. 2. Conſil. 22. n. 10.

§. XV.

DOti ad mores Patriæ potiſſimum apponitur contrados, Gegengab/ Wiederlag, quæ etiam Antipherna, vel Donatio propter nuptias vocari ſolet. Quod ad mentem Juris Statutarii contrados debeatur uxori de Jure, etiam non ſtipulata, ex Codice Maximilianeo Civili ſatis luculenter patet. (A) Contrados hæc vel eſt Legalis, vel pactitia, cujus determinatio, & quidem prioris a dote actualiter illata, ſecundæ vero a pacto contrahentium dependet, plenario jure proprietatis ſcilicet, & uſusfructus remanet in bonis mariti, adeo, ut uxor præter ſecuritatem dotis, & Jus ex conſtitutione natum durante matrimonio prætendere nil queat. Dubitanti, an hodie contrados in Provinciis Germaniæ ſit uſualis, vel uxori, utpote jam aliunde cum hypotheca legali, & jure prælationis munitæ utilis exiſtat? reſpondemus de jure communi rem dubii eſſe plenam, cum ſi hypothecam forſan ſpe-

cialem

cialem excipias, uxor in constituta contra dote singulare nil acquirat, secus haberi de Jure bavarico, ubi uxor, quæ dotem expresse stipulatam in matrimonium attulit, usumfructum dotis ad dies vitæ lucratur. (b)

(a) Part. 1. C. 6. §. 14. n. 3.
(b) Cod. Max. Giv. loc. cit. § 36.

§. XVI.

Contradocti quodamodo assimilatur Dotalitium. vel Vidualitium, vulgo der Leibgeding / Wittwesitz: quod est determinata portio vel in fructibus, vel pecunia parata consistens, post mortem mariti ex ejus bonis quotannis uxori Viduæ ad vitæ necessariam, & statui convenientem sustentationem persolvenda. Solent enim fæminæ nubentes etiam in hoc sibi prospicere, ne post fata mariti, cui onus alendi Familiam ex ratione Status conjugalis incumbit, contumelioſa egestate premantur. Dotalitii constitutio iterum vel est pactitia, vel legalis. Quod quælibet fæmina etiam plebeia per pactum expressum Dotalitium sibi stipulari possit, extra dubitationis aleam positum est: cum econtra Fæminæ Illustri etiam indotatæ Dotalitium debeatur de Jure, cum notabili tamen differentia, quod Dotalitium, & contradotem simul prætendere in regula quidem non possint, liberam

beram tamen eligendi optionem Dotalitium inter & uſumfructum Contradotis habeant; Pactum circa utriusque uſumfructum LegesPatriæ quidem non improbant, in hoc caſu tamen Dotalitio privilegium Dotis ſimpliciter denegant. (A) Ceterum ſcrupuloſiores in hoc pacto duplicis uſusfructus deprehendere volunt aliquam iniquitatem ex eo, quod Fæminæ præſertim Illuſtres exiguam dotem in Matrimonium afferre, & ſumptuoſum Dotalitium ſibi ſtipulari ſoleant: ſed quis non primo intuitu ponderat, proportionem in Matrimonio Illuſtrium quoad contractum civilem non a dato & relato, ſed a conditione Status deſumi debere? ubi Virgo Illuſtris hæreditate paterna, fraterna, & materna ex Statuto carens, conditioni ſuæ congruentem dotem afferre, neque inde de conveniente Contradote, & ad vitæ ſuſtentationem proportionato uſufructu proſpicere poſſet: deinde notum ſatis eſt, Liberos in caſum apertæ læſionis ad Supplementum Legitimæ, vel donationis inofficioſæ agere poſſe, ut adeo a tali pacto omnis iniquitatis umbra facili labore removeatur. Ceterum Dotalitium debetur uxori Viduæ, per tranſitum vero ad ſecunda vota, durch Verrückung des Wittibſtuhls / etiamſi ſine conditione fuerit ſtipulata, amittitur. (B) certe, ſicut Dotalitii origo in Germanorum genio & indo-

le quærenda, ſic etiam Majorum noſtrorum mores graphice depingit, cum utpote uxores repetitas nuptias minime ambirent, Viri vero honoris Familiæ vigilantiſſimi cuſtodes ſuorum injurias etiam poſt fata avertere conabantur.

(a) Not. ad Cod. Max. Civil. Loc. cit.
(b) Cod. Maxim. Bav. Loc. cit. §. 15. n. 7.

§. XVII.

PRæter Contradotem & Dotalitium Virgo nubens Jure a Sponſo exigit Morgengebam; quæ eſt donatio, quam Sponſus Sponſæ in virtutis præmium, & Status Virginei illibate conſervati aliqualem compenſationem confert. In Morgengeba actualiter numerata Sponſa acquirit Dominium plenum, & irrevocabile; in promiſſa vero Jus reale, & hypothecam Legalem tacitam, absque tamen Jure prælationis. (A) Singulare eſt in Patria, quod ſi nulla Morgengeba promiſſa fuerit, ea ad inſtantiam Sponſæ Virginis, vel ſuorum des intereſſirten Theils: officio Judicis peti & determinari poſſit: ubi Judex reſpectum ad Dotem illatam, cujus tertiam partem Morgengeba in defectu Pacti excedere non poteſt, nec non ad Facultates Sponſi & Sponſæ, & illorum conditionem reſpicere jubetur (B) Cum econtra Donationes, quas Sponſus Sponſæ non

Virgini

Virgini, ſed forſan Viduæ facit, privilegio hypothecæ deſtituuntur, & ſimplicis Donationis ratione veniunt. Publicum certe teſtimonium, quanti Leges Patriæ Mores Civium ingenuos æſtiment, cum nullam prætermittant occaſionem virtutem debita prærogativa remunerandi, illius Ciceroniani nunquam immemores: *Quod Mores hominibus non tam ingenerentur a ſtirpe generis, quam ex his rebus, quæ ab ipſa natura loci, & vitæ conſuetudine ſuppeditantur.*

(A) Cod. Jur. Bav. judic. C. 20. §. 6.
(B) Cod. Maximil. Civ. Bav. P. 1. C. 6. §. 16.

§. XVIII.

Sicut Leges Patriæ Sponſo imponunt neceſſitatem remunerandi SponſæVirginitatem per Morgengebam, ſic econtra generoſo ipſius animo Liberum relinquunt ſuum in Sponſum amorem per Arrham, vel Largitatem ſponſalitiam manifeſtandi, prius conſiſtit in Donatione, quæ fit a Sponſo Sponſæ in ſignum ſerii in futurum Matrimonium conſenſus; communiter vocatur: der Trau-Ring / das Daran- oder Haft-Geld. Sponſa hujus Arrhæ actualiter traditæ acquirit Dominium illimitatum, promiſſæ vero Jus exigendi. Poſteriores vero ſunt donationes, quæ inter Conjuges futuri Matrimonii cauſa fiunt. Kari nantes quidem ſunt admodum illi Sponſi, qui hac

in re ultra Arrhationem animum liberalem extendunt: aliud autem longe ratio ſtatus a Perſonis Illuſtribus exigit: & quidem Arrham ſponſalitiam quod attinet, communiter in vaſis argenteis, vel deauratis, ad uſum cubicularem deſtinatis Silber- oder vergoldten Nacht-Zeug: in veſtimentis pretioſis, nec non Limborum articulatorum eleganti ſerie: in einer oder mehr Garnidur Spitzen: nec non in Annulo, Monili, & Redimiculo gemmis diſtincto conſiſtere ſolet. Uſus Patriæ exigit, ut Sponſus Illuſtris ſtatim poſt Sponſalia Arrham mittat ad ædes Sponſæ, & ſic Dominium ſaltem conditionatum, ſi nuptiæ ſubſecutæ fuerint, in Sponſam transferat. Ceterum ne nuptias ambientes in pangendis ſponſalibus plus juſto ſint temerarii, & Rempublicam ſcandalo, contrahentes vero & Familiam injuria afficere præſumant, Leges Patriæ ſtatuunt, ut nuptiis non ſubſecutis Arrhæ quidem conditione cauſæ, cauſa non ſecuta vindicari, ab illo vero, qui anſam divortii ſua culpa præbuit, non ſolum data amittatur, ſed etiam accepta repeti poſſit. (A)

(A) Cod. Max. Bav. Civ. Loc. cit. §. 17. n. 7.

§. XIX.

Circa Sponſalitiam largitatem Perſonæ Illuſtres in Bavaria obſervant ſingulare, quod Sponſus

Sponſæ

Sponſæ ſoleat aſſignare certam Summam annuo ſolvendam, quæ Spiel- vel Spennadl-Geld dicitur, eo Pacto, ut Sponſa Illuſtris minutas aliquas expenſas in rem domeſticam facere, reſiduum vero ad ſtatui convenientem recreationem applicare poſſit. Generaliter uſus ſponſalitiæ largitatis dependet a pacto contrahentium, in horum vero defectu cum Arrha ſponſalitia per omnia congruit. Sed quæres forſan, quo ergo remedio Juris Uxor utatur pro obtinenda Arrha promiſſa, vel ſtipulata largitate ſponſalitia? Certe, ſicut Statuta noſtra provincialia Jus in re tantum Doti, Morgengebæ, Contradoti, & Vidualitio tribuunt (A) præter Jus perſonale ex Pacto cuilibet paciſcentium competenti præcipue nil præ-tendere poterit: niſi forſan de Hypotheca expreſſa ſibi proſpexerit, vel ſponſalitiam largitatem omnino traditam acceperit, ubi ad Bona receptitia referri debent. (B)

(A) Cod. Jur. Bavar. Judic. C. 20. §. 6.
(B) Cod. Max. Civ. P. 1. C. 6. §. 23. n. 3.

§. XX.

DOnationes demum nuptiales: Hochzeit Geſchänke: ſunt munera, quæ vel a Conſanguineis, vel Amicis, Perſonis Illuſtribus etiam aliquando a ſuis ſubditis eo animo penduntur, ut expenſas in

Convivium, & alias Solennitates nuptiales impendi ſolitas, nec non ſumptus ad ſuppellectilem neceſſarios eo facilius procurare poſſint. Plebeios inter ejusmodi largitates communiter ſolent eſſe valde exiguæ, adeo, ut non raro convivæ plus comedant, quam donent, ubi ſæpiſſime Sponſæ querelantur, ſe loco munerum debita ad Nuptias contracta expungere debere. Sed aliud longe obtinet apud Perſonas Illuſtres, ubi Sponſis non raro a Conſanguineis decem & plura millia florenorum, & integra prædia donari ſolent. Operæ pretium certe eſt quærere, ad quem ergo de Jure Donationes hæ pertineant? Si Jus commune ſpectamus, facile nos pro Sponſo determinabimus, ſicut enim omne onus expenſarum ſimpliciter Sponſo imponitur, ſic etiam certe emolumenta illi adjudicari debebunt: aliud tamen in Patria receptum eſt, (A) ubi intuitu Donationum nuptialium plenaria communio inter Conjuges obtinet. Sed magis adhuc dubites, an communioni huic etiam inter Illuſtres erit locus? cum Illuſtres conſanguinei cum Donationibus tam magni valoris non tam ſoleant ad occaſiones domeſticas, quam ad favorem Stemmatis Maſculini reſpicere? ſed reſpondemus, ſi Donator Illuſtris mentem ſuam aliter non manifeſtaverit, præſumptionem ſemper eſſe pro communione: cujus aſſer-

tionis

tionis eo magis fumus indubii, cum Notæ Codicis Max. Civ. hac in re doctrinam Moseri pro exemplo assumant, qui communionem Donationum nuptialium inter ipsos Germaniæ Principes usitatam esse affirmat. (B)

(A) Cod. Max. Civ. Loc. cit. §. 19.
(B) Staats-Recht Tom. 3. §. 47.

§. XXI.

Fæmina Illustris Uxor per nuptias plenarium Jus Familiæ sui Mariti acquirit, adeo, ut scutum gentilitium Illustris Mariti suo apponere, & ejus nomine, & Titulorum prærogativa uti plenarie possit. An Virgo Illustris Baro, nupta Comiti, Comitis, vel Comitissæ titulum proprio apponere posset, aliqui ex eo dubitarunt, quod concessio gradus Nobilitatis eminentioris ad reservata Imperatoris pertineat? Sed enimvero, an ergo Uxor Illustris titulum hunc usurpat tanquam proprium, & gentilitium, vel tanquam Familiæ, quam per nuptias adoptavit proprium? Certe omnes intelligimus, si Uxor Illustris scribit: Maria Clara Gräfin von N. gebohrne Freyin von N. dicere velle: se natam esse Baronem N. & desponsatam Comiti N. quod utique Juri nobilitandi non officit. Neque in Patria nostra titulus hic sine vitulo esse deprehenditur: si enim Uxor Illustris Privilegio-

vilegiorum in Patria incapax nupſit Marito Privilegiorum capaci intuitu Bonorum ſuorum Privilegia Nobilium, die Edelmanns-Freyheit in tantum acquirit, ut etiam Vidua retineat. (A) Ceterum ſtatum Fæminæ Illuſtris maritatæ in Patria noſtra breviſſimis adumbrabimus. Si Filia nubens adhuc eſt in poteſtate patria, habetur pro emancipata ipſo Jure, adeo, ut Pater peculium adventitium excepta Dote, quam uſufructuarie ad dies vitæ retinet, Filiæ reſtituere teneatur. Sed eritne in caſu curæ hujus maritalis Maritus obligatus ad confectionem Inventarii, Cautionem, & reddendas rationes pupillares? reſpondemus, ſicut Maritus in dote acquirit dominium civile, in Parapherno vero uſumfructum; Uxor vero in utroque Hypotheca legali munita ſit, nunquam quidem practicari vidimus, quod a Marito cautio ſpecialis, vel rationes pupillares exigantur: ſi tamen dilapidationis ſuſpectus redderetur, ad implorationem vel ipſius Uxoris, vel Conſanguineorum Concuratores de familia conſtitui ſolent.

(A) Decretum Electorale de Anno 1648. §. 8.

§. XXII.

ALimenta ſtante Matrimonio Uxori debentur ex ſubſtantia Mariti, utpote cui neceſſitatem alendi Familiam ratio ſtatus conjugalis imponit: adeo,

ut

ut Uxor ad victum & vestitum pro ratione status necessaria jure exigere, Judex vero pro arbitrio moderare possit. Omne quod circa hanc materiam singulare deprehendimus, brevissimis contrahimus. In Patria nostra inter Conjuges, præsertim Illustres communio Bonorum, alias in Germania tam usitata in regula nunquam obtinet, adeo, ut in defectu Pacti expressi non supponatur. Deinde Conjux superstes post fata alterius tam parum existit hæres (si Jus, vel Statuta particularia aliquorum locorum, v. g. Monachii, Ingolstadii, Commitatus Mindelheimensis ad DitionesBavaricas pertinentis excipias) ut in defectu Consanguineorum ab ipso Fisco excludatur. (A) Aliud tamen obtinet intuitu suppellectilis communis: Der gemeinen Haus-Fahrnuß: & Acquæstuum: der gemeinschäftlichen Errungenschaft; Utpote intuitu quorum etiam Illustres in verà communione vivunt, adeo, ut Dominium sociale pro parte acquirant, & ad Hæredes transmittant. Sed plura, & spinosa sæpe inter Personas Illustres hinc oriuntur dubia: v. g. an Accessiones, & Meliorationes in Bonum feudale vel Fideicommissarium factæ accrescant Bono feudali, vel Fideicommissario? vel an potius inter communes acquæstus veniant? Nos inter Accessiones, & Meliorationes intrinsecas & extrinsecas distinguendum esse putamus: intrinsecæ,

utpote ſi loco Equorum vel aliorum animalium decrepitorum utiliores, & juniores comparantur: vel ſi ædificia reficiuntur: ſine dubio Bono feudali, vel Fidei-Commiſſario accreſcent, adeo, ut Uxor Illuſtris communionem prætendere non poſſit. Aliud tamen erit circa Acceſſiones, & Meliorationes extrinſecas, utpote quæ corpus ipſum augent, ut ſi Campi, Prata, Sylvæ, vel Jus venandi, piſcandi, praxandi de novo acquiritur, ubi Expenſæ circa ejusmodi Melioramenta factæ, vel ipſæ res a corpore ſeparabiles in Communionis computum Jure merito veniunt. Acriter aliquando diſputatum fuiſſe ſcimus circa Domum Praxatoriam noviter exſtructam, & aquæ ductum valde ſumptuoſum: ubi aquæ fluviales magnis impenſis a valle in montis verticem aſcendere cogebantur, ad rei domeſticæ, præſertim praxatoriæ non leve commodum: ſed quis non videt Meliorationes has eſſe intrinſecas Fidei-Commiſſo accreſcentes, ſuppoſito, quod jus praxandi jam prius fuerit acquiſitum: cum utique Meliorationes utiles fructus annuos Boni Fidei-Commiſſarii augeant, & ſic Communioni conjugali minime officiant.

Computatio communis ſuppellectilis etiam aliquando altercationibus mutuis anſam præbere ſolet. Sed enimvero ſi verba Legis (B) juſte trutinamur,

mur, omnis dubii umbra facili labore removebitur. Singulare itaque eſt, quod Leges Patriæ pro determinando communi Suppellectili aptitudinem quotidiano uſui inſerviendi requirant : ſo weit nemlich dieſes alles nur zum täglichen Gebrauch / und Beſtreittung des Hauswesens dient. Ex quo ſponte ſua ſequitur, Equos, Jumenta, Currus, Aratra, & alia Inſtrumenta ruſtica ad agriculturam neceſſaria: Aulæas, Imagines, Specula, Horologia, Vaſa aurea, argentea, vel fictilia Sinica in Suppellectilis Communionem non venire, ſi ſolito pretioſiores, & ab allegante probari non poſſit, res has durante Matrimonio ad quotidianum, & quidem communem uſum fuiſſe deſtinatas.

(A) Not. ad Cod. Max. Civ. P. 1. pag. 163.
(B) Cod. Max. Civil. P. 1. C. 6. §. 21.

§. XXIII.

QUod Vidua Illuſtris poſt fata Mariti Morgengebam, Contradotem, Dotalitium, Arrham & ſponſalitiam largitatem, nec non partem Donationum nuptialium, acquæſtuum, & communis ſuppellectilis Jure petere : Dotem vero & Paraphernum repetere poſſit, ex præmiſſis ſat abunde conſtat. Nec minus ſupra indicavimus, quod Mater in de-

fectu tutelæ teſtamentariæ inter legitimos Tutores primum locum occupet. Si forte ſingularia circa Viduas Illuſtres deſideres, ſequentia collegimus. Primum & quidem in Patria noſtra valde ſingulare eſt, quod ſi Pater Viduæ uſumfructum omnium bonorum ex Teſtamento relinquat, Uxor vero in Hæreditate cum Liberis ſuis concurrat, præter ſtatui convenientem ſuſtentationem ex fructibus percipere nihil poſſit, imovero de ſuperfluis Liberis ſuis ad rationes teneatur. (A) Quod inter Illuſtres in tantum ampliatur, ut ipſi aliquando in Teſtamento Viri Illuſtris Matrem cum duobus filiis inſtitutos fuiſſe legimus|: in verbis: Betreffend die Erbeinſetzung / zu Latein Hæredis Inſtitutionem genannt: Gleichwie unſer geliebteſte Frau Gemahlin die ganze Zeit unſers beglückt- und von GOtt geſegneten Eheſtandes mir jederzeit alle eheliche Liebe / und Treue erzeiget hat: auch ich von ſelber ganz gewiß verſichert bin / daß ſelbe nach meinen von dem Willen GOttes abhangenden Hinſcheiden an eine anderwärtige Vermählung nicht mehr gedenke: als ſetze / und ordne ich zu meinen wahren und ohngezweifleten Erben hiemit meine geliebteſte Frau Gemahlin Maria Amalia gebohrne N., dann meine zwey geliebte mit erſagt- meiner Frauen Gemahlin im Stand der Ehe erworbene Söhne: Maximilian Joſeph / und Carl Theodor: ſolchergeſtalten /

daß

daß selbe meiner geliebtesten Frauen Gemahlin allen kindlichen Gehorsam erweisen: ohne deren Einwilligung sich nicht vermählen; in die von mir zuruckgelassene Hofmarchen und andere Güter aber anderergestalten nicht / als nach der ihnen in folgenden Paragraphis vorgeschriebenen Majorat, und respective Lineal-Fidei-Commiss-Ordnung succediren sollen und mögen.

Ex solenni hac Institutione Matri Illustri praeter usumfructum statui convenientem: Ein dem Stand gemessenen Unterhalt: nihil adjudicatum fuisse percepimus, etiamsi Vidualitium jam in Pactis Dotalibus fuerit stipulatum.

Secundum est, quod Patres Illustres Uxori communiter in Testamento soleant remittere confectionem Inventarii; sed an ergo ab omni Inventarii confectione erit immunis? minime gentium, etiamsi enim Inventarii remissio a dolo, & juramento in litem liberet, ipsa remissio tamen tantum ab Inventario publico, non vero naturali & privato erit accipiendum. (B) Idem obtinet

Tertio in Tutela pactitia, si Sponsus Illustris remittit rationes pupillares, ubi Mater in administratione Tutelæ suorum Liberorum a rationibus specificis quidem erit immunis, ad Summarias tamen, & culpam latam & levem ex natura contractus præstandam nihilominus manebit obligata.

(A) Cod. Max. Civil. P. 2. C. 9. §. 3. n. 3.
(B) Perill. ac Excell. D. L. B. de Kreittmair ad Cod. Max. Civ. P. 1. C. 7. §. 9. pag. 213.

§. XXIV.

COronidis loco Pactorum Dotalium in Patria usum breviter considerare oportebit. Pacta Dotalia: Heurathsbrief: vel pertinent ad actus inter vivos, vel ultimæ voluntatis, hinc etiam communiter quinque Testes in actibus testamentariis necessarii adhiberi solent. Differentiam notabilem ponit revocandi libertas, utpote in actibus ultimæ voluntatis solum, & quidem usque ad extremum vitæ halitum libera. Sed quomodo cognoscitur, an contrahentes mortis causa, an inter vivos disposuerint? Exiguo nostro judicio videndum esse existimamus, an Pacta ista cum, vel sine causa fiant? si fiunt cum causa, ut stipulatio contradotis intuitu Dotis allatæ; Acquisitio partis acquæstuum ex mutua opera, & societate conjugali &c. aperte erit contractus, & consequenter actus inter vivos: sed si fiat sine causa ex mera liberalitate, utique erit donatio, & quidem mortis causa, si debetur Jure hæreditario cum conditione ad mortem donantis suspensa: inter vivos vero, si pure & sine mortis conditione donetur.

Scriptura de Jure Bavarico in Pactis Dotàlibus requiritur de essentia, adeo tamen, ut Personæ Illustres, & Juris sigillandi capaces Jus desuper conficiendi Instrumentum publicum coram Testibus agnatis habeant. (A) Ceterum sicut Donationes Conjugum censeantur esse mere reciprocæ vel compensativæ, Insinuatio judicialis in regulà quidem est superflua, nisi circumstantiæ aliud suadeant.

(A) Cod. Judic. Bav. C. 20. §. 6. n. 7.

Apponimus Exemplum Pactorum Dotalium, ubi studio omne criterium adhibuimus, eo animo, ut Studiosi Juris practici data occasione eo facilius adlaborare poterunt.

Im Namen der Allerheiligsten Dreyfaltigkeit GOtt des Vatters / Sohns / und heiligen Geistes / Amen!

KUnd / und zu wissen seye hiemit männiglich / sonderbar aber denen / so daran gelegen / daß auf ohngezweifelte Anordnung des Allerhöchsten / dann Rath / und Einverstehen beederseits Hochadelichen Anverwandten zwischen dem Hochgebohrnen Herrn Herrn Joseph Maximilian Theodor / des Heil. Röm. Reichs Grafen von N. (addatur plenus Titulus) des

auch

auch Hochgebohrnen Herrn Carl Joseph Maria des Heil. Röm. Reichs Grafen von N. (P. T.) und der Hochgebohrnen Frauen Maria Violanda (Reliq.) bereits sel. Andenkens eheleiblichen Herrn Sohn: dann der Frey-Reichs Hochwohlgebohrnen Fräulein Maria Franciſca Freyin von N. des weyl. Frey-Reichs Hochwohlgebohrnen Herrn Herrn Johann Antoni Maximilian Freyherrn von N. (T.P.) wie auch der Frey Reichs Hochwohlgebohrnen Frauen Maria Rosina Hildegardis Freyfrauen von N. gebohrnen Freyin von N. ehelich gebohrnen Fräulein Tochter mit Erbettung beederseits nächsten hohen Anverwandten nachstehende Heyraths-Abrede entworfen / und allerseits beliebet worden seye.

Erstens / versprechen sie beede Hochadeliche Braut-Personen nach erfolgt-Priesterlicher Copulation gegen einander die eheliche Liebe und Treue / wie es Christ-Catholischen Ehe: Personen die Gött- und Weltliche Rechten auferladen / daß hiervon nichts / als der Tod das End machen solle.

Zweytens / wann ermeldt-eheliches Versprechen durch die Priesterliche Copulation erfüllet seyn wird / verspricht sie Fräulein Hochzeiterin benebst einer standsmäßigen Aussteurung (wovon dem Herrn Hochzeiter eine ordentliche Specification behändiget / von selbem aber zu Wendung aller künftigen Irrung unterschrieben und gefertiget werden wird) zu einem wahren Heyraths

Gut

Gut 3000. fl. welche auch gleich am Hochzeit-Tag baar erlegt und gewöhnlich quittirt werden sollen. Woraegen

Drittens / er Herr Hochzeiter solche 3000. fl. mit anderen 3000. fl. Lands-gebräuchig widerleget / auch zu mehrer derer Sicherheit solche 3000. fl. Wiederlag mit einem ausdrucklichen Unterpfand / auf gesamt seinem liegend- und fahrenden Vermögen gesichert / worbey selber

Viertens / Der Fräulein Hochzeiterin zu einer rechten und wahren Morgengab, wie Morgengabs Sitt und Gewohnheit ist / hiemit ein tausend Gulden bestimmet: als welche 1000. fl. sie Fräulein Hochzeiterin zusamt denenjenigen Schankungen / welche der Herr Hochzeiter zu Bezeigung seiner ehelichen Lieb und Affection an Kleidern / und anderen Frauenzimmer-Geschmuck noch vor der Hochzeit zu überschicken gedenket / zum wahren Eigenthum / und eigener Disposition zu empfangen hat. Wohingegen

Fünftens; Sie Fräulein Hochzeiterin ihr gesamt übriges Vermögen / ausser der versprochenen 3000. fl. Heyrath-Gut / in was es immer bestehen kan / odermag; dermalig und künftiges als ein wahres Receptits-Gut mit aller Proprietät und Nutzniessung vorbehalt. Es ist auch

Sechstens; Wegen deren nach dem Willen des Allerhöchsten sich anbegebenden Todes-Fällen gemacht und beliebet worden / daß wann die Fräulein Hochzeiterin ihrem zukünftigen Herrn Ehegemahl überleben / und in Wittwemstand zuruck bleiben sollte, sol-

chenfalls / es mögten viel oder wenig aus solcher Ehe erzeugte Kinder vorhanden seyn / so solle ihr die Vormundschaft und Administration aller Haab und Güter / wo selbe immer gelegen (da sie es anders zu übernehmen verlanget / und in dem Wittibstand verharren will) unweigerlich / jedoch solchergestalten gebühren / daß solche Vormundschaft mit Beyziehung zweyer Agnatischen Herren Mit-Vormunderen geführt / auch in solchem Fall die Fräulein Hochzeiterin als Wittib redliche Anzeig aller Einnahm und Ausgab / und summarische Rechnung zu pflegen gehalten seyn solle.

Siebendens; Ist auf solchen Fall / nemlich wann sie Fräulein Hochzeiterin in ohnverruckten Wittibstand verharren wurde / als ein Stands-mäßiger Wittibsitz vor all- und jedes an baaren Geld / und zwar jährlich in vier quatemerlichen Ratis bedungen worden acht hundert Gulden. Dann noch extra eine freye Wohnung / oder davor jährlich zwey hundert Gulden / wovon die Wahl bey ihr Fräulein Hochzeiterin stehet: Nicht minder zwey angerichte Kutschen-Pferd / wie auch die erforderliche Fourage an Haaber / Heu und Stroh / welche ihr jährlichen ohne Kösten von dem Gut N. zugeführet werden müssen. Würde aber

Achtens; Sie Fräulein Hochzeiterin sich wiederum zu vermählen gedenken / oder aber sich der Vormundschaft entschlagen / und ihr Eingebrachtes statt des Wittib-Sitz anverlangen: so solle ihr verabfolget wer-

den

den die zum Heyrath-Gut eingebrachte 3000. Gulden/ dann die 1000. Gulden Morgengab/ wann selbe die die Fräulein Hochzeiterin nicht zuvor schon empfangen/ auch all ihr hineingebrachte Paraphernalien / nichtminder was sie Fräulein Hochzeiterin währender Ehe angeschafft / oder von Herrn Hochzeiter geschenkter erhalten / und eigentlich an ihrem Leib gehört; darunter alle Frauenzimmer-Kleidungen / an Jubelen / Spitzen / Weiß- und Seiden-Zeug / auch das gewöhnliche Nacht-Tisch-Silber / es seye nun solches aus ihr Fräulein Hochzeiterin / oder aber des Herrn Hochzeiters Mittlen beygeschaft worden / wie auch alles / was ihr Fräulein Hochzeiterin an Schankungen/ Vermächtnussen / oder Erbschaften währender Ehe zugewendet worden/und etwann zu des Herrn Hochzeiters Handen gekommen; als wofür er Herr Hochzeiter ihr Fräulein Hochzeiterin / in so viel nemlich selber an dergleichen Adventits-Güteren währender Ehe zu Handen nehmen solle/ein wahres Unterpfand und Hypothecam generalem auf alleu seinen ligend- nud fahrenden Vermögen hiemit ausdruckentlich bedinget: Nicht minder und

Schließlichen: Von all gemeinschaftlicher Hausfahrnuß (nur allein reisige Pferd/ Gewöhr / und was immediate an des Manns Leib gehörig ausgenohmen) und zwar wann eheleibliche Erben vorhanden / ein durchgehends gleicher Kindstheil / in dessen Entstehung aber die Helfte/ und zwar solchergestalten / daß sie mit

denen etwann vorhandenen Schulden nichts zu thun / noch zu schaffen haben solle, oder möge. Würde aber

Neuntens: Der Göttlichen Anordnung zufolg die Fräulein Hochzeiterin vor ihme Herrn Hochzeiter das Zeitliche segnen / und keine Descendenz hinterlassen / so solle der Fraulein Hochzeiterin nächsten Erben dero Kleider, Geschmuck, oder was sonst an dero Leib gehörig / nebst allen Paraphernal- und Receptits-Güteren zugehen und verabfolget werden / unter ausdrucklichen Vorbehalt / daß im Fall sie Fräulein Hochzeiterin in dieser Ehe Kinder erwerben / sodann aber ad secunda Vota zu schreitten gewillet seyn wurde, ihr sodann unter dem Vorwand einer Noth-Gebührnuß / oder Legitimæ nicht das geringste vorenthalten / sondern Selber gleichwohlen die freye Disposition belassen, ihre eheleibliche Erben aber (wie es ohnehin Rechtens) diesertwegen ihre Verordnung zu erwarten gehalten seyn sollen. Und zumalen

Zehendens sich über den Widerruf deren heyratlichen Packten öfters Irrung anzubegeben pfleget; gegenwärtig aber ohnehin von einer Succession, oder Erbsfolg keine Rede ist; Als erklären sich hiemit allerseits hohe Contrahenten ausdruckentlich / daß gegenwärtige Dotal Pacta als eine Handlung unter Lebendigen (pro actu inter vivos) genommen, auch solchergestalten beederseits ohnwiederruflich gehalten und beobachtet werden solle.

Alles getreulich und ohne Gefährde, zu dessen wahrer Urkund seynd zwey gleichlautende Exemplaria verfaßt / und von beederseits hohen Interessenten / und Herren Herren Beyständeren eigenhändig gezeichnet, auch mit Beyfügung angebohrn Adelichen Insiegeln bekräftiget worden. So geschehen ꝛc.

LECTORI BENEVOLO
S. P.

QUia Mens fruſtra vacans nihil Bonorum parit, (a) & Honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad unumquemque convenit devenire (b) Ideo Primitias ſtudii mei qualescunque in lucem edere decrevi. Cogitanti autem mihi, quam varias in Jurisprudentiæ

Texti-

Textibus opinionum formas ſibi fingere ſoleant Juris Interpretes præſtantiſſimi, ut verum fatear, manum de Tabula removendam haud intempeſtive pertimui. Non curamus equidem illum Juris-Conſultorum ordinem, qui cæca Religione Jura Juſtinianea adorant, qui, quidquid ab antiquis Tabulis diſcrepat, Convitiis proſcindunt. & quia Juris Rom. Authoritati, Perfectionique multum inde decedere credunt, ejusmodi Conatus illuſoria Sententia condemnant. (c) Medium itaque tenere, uti in quovis Negotio, ſic in civili Sapientia pulcherrimum, ſed inſuper & difficillimum eſt, placuit hæc in negotiis tenenda via media Imperat. Juſtin. (d) placuit & veteribus non tantum Jure Conſultis (e) ſed in conficiendis etiam ſtatutis noſtris ſaluberrimis (f) ſervanda

vanda Medietas, quam mihi ſervatam reor, ſi hortatu *D. Promotoris mei longe Colendiſſimi* (g) Theoriam per practicas Poſitiones, & Caſus in Judiciis Civilibus plerumque obvenire ſolitos illuſtrare, ejusque Utilitatem, & Neceſſitatem practicis Elaborationibus demonſtrare intendam juxta Mentem SERENISSIMI DD. PRINCIPIS ELECTORIS noſtri longe CLEMENTISSIMI ſaluberrime ſtatuentis, ut Praxis in Terminos convenientes redigatur, & illi præter obſervationem illius, quod in Theoria expreſſe fundatum, nihil relinquatur. (h) Mirari itaque ſatis non poſſumus, quamorum corruptela in maximam Reipublicæ Civilis perniciem non paucis Theoriæ ſtudium averſantibus difficultate Rei perterritis ad Praxeos ſtudium velociter advola-

re,

re, atque craſſam & ſupinam Juris Ignorantiam in forum adferre indultum ſit. Deploranda ſane judicia practicis inſtructa, qui Juris ignorantiæ caligine obfuſi Jus in injuriam, æquitatem in iniquitatem, & præ-dam commutent.

Penſitans nonnihil hæc mecum *Vir* mihi eligendus erat, cujus vires in Patriæ commodum intenſæ ſufficere poſſent explanandi Dubia circa hoc omne, quorum Enodationi me imparem vidi.

Viro itaque *Excell. nunquam ſine prolixiori obſervantiæ Præfatione nominando*, cujus celeberrimum tanquam *Præſidis* Nomen in fronte hujus Diſſertationis collocatum vides, annuendo votis, placuit me honore induere, qualis me *Ipſi* graviter debentem redditurus eſt.

Et

Et Is ipſe non minus fuit, qui mihi ex ſe ea, quæ par eſt tanto Viro, ſubmiſſione rogitanti: Quod Thema determinarem? inter ea Themata Delectum agere conſuluit, quæ ſub ipſius Præſidio propugnatis obſervationibus, (h) continuum, & cohærens quaſi argumentum præberent. Elegi illud *de Jure Fœminarum Illuſtrium ſingulari*: Cujus Doctiſſimam, æque, ac dexterrimam Elucubrationem Viro in Patriam meritiſſimo nonniſi gratiſſimus debeo. Sequentes autem Ingenii mei tenuiſſimi partus eidem Præſidi meo in omni Jurisſcientia expertiſſimo, & in re patria profundiſſimo legitimandos ſubjeci, qui, cum tantam fuerint vocati in Cenſuram nullus dubito, quin Benevolus Lector de

primitiis laborum meorum bene, & cum æquitate ſentiat. Valè, & fave.

(a) Nov. 133. C. 6. (b) Excell. D. Præſid. mei Viri Exactiſſ. Erudit. & in omni Jurisprud. genere verſatiſſimi. De Privileg. Statuum obſervat. ult. circa fin. l. 14. Cod. de re milit. l. fin. eod. ad L. Jul. Repetund. (c) § fin. Inſt. quibus ex Cauſis manumitt. (d) L. 3. ff. ſi pars hæred. petatur. (e) Teſtantibus ſupra citatis annot. ad Cod. Jud. præfato loco verſ. Und dieſer Weeg iſt wohl der ſicherſte. (f) In dictis Obſervationibus Practicis Obſerv. 6. ſub initio. (g) Sæpe citatæ Annotat. ad Cod. Jud. in Præfatione litt. L. (h Obſervat. Pract. ad Jus, & Conſuet. Bav. de Priv. Statuum Provinc. Authore Excellent. D. Præside meo Menſe Julio Anno CIↃↃCCLXII. defenſa.

Cajus

CAjus Expeditor Cameræ ſcit, brevi tempore promulgandam Legem de minuendo valore frumenti, habet ille Quantitatem non modicam, vendit dein majori pretio, licet ſciat, brevi minuendum: Neque nocere hanc ſcientiam privatam Cajo extra dubium eſt, utitur enim jure ſuo, & lex primum promulgata obligat.

Nobilis quidam Titiæ plebeiæ promittit Matrimonium ea conditione, ſi uſum corporis conceſſerit: Titia conſentit. Quær. an Nobilis Imprægnatam teneatur ducere? & reſpondemus negative: Titia enim facile potuit fraudem advertere, quod Nobilis tantum ficte promiſerit, & cum iſta conditio noſtris moribus ſit turpis, vitiat Contractum, neque Titia hoc caſu ex Delicto debet reportare Commodum, ſed culpa cuique ſua nociva eſſe debet, videtur enim damnum propria culpa datum non ſentire. Text. & DD. in L. 203. ff. de R.I. Sanchez L. 1. Diſp. 10. n. 11, & 21.

Puella Sponſo ſuo de futuro inſtrumentis dotalibus conſtitutam Dotem ante contractum Matri-

monium tradit: ille autem mortuus priusquam nupserit, hæreditatem aere alieno gravatam relinquit: Controvertitur inter Sponsam, & Defuncti Creditores de Jure Hypothecæ, & Prælationis, quod in hoc puncto Sponsæ non competit, sed habet privilegium personale simplex, poniturque in subhastatione de Jure nostro statutario in Classe 10. Cod. Jud. C. 20. §. 17. n. 3. ibique Casus iste in terminis expressis decisus est. Quod autem Jure Prælationis & Hypothecæ non gaudeat, videatur Cod. Max. Civ. P. 1. C. 6. §. 13. n. 19. quo loco habetur, quod Dos semper actuale Matrimonium supponat, & quidquid placitum inter Sponsam & Sponsum, saltem in vim Dotis valere non possit.

Mævius Testator ita scribit: Titio lego mille, si fiat Catholicus. Quær. an valeat legatum. R. valere: addita enim conditio servanda est, quæ utpote ad actum valde honestum invitat, & per se honestissima est. contra Besold. in Delib. Jur. l. 5. tit. 2. n. 27. cum toto agmine heterodoxorum, qui tale legatum purum esse, sed absque sufficienti fundamento defendunt, eidemque rejecta conditione tanquam turpi præstari debere.

Sempronius Augustanæ Confessioni addictus Cajum Catholicum instituit hæredem, si Religionem

fiem mutaverit. Quæstio est: an standum Conditioni? R. Hæreditatem Jure prætendit Cajus, etsi Conditionem non adimpleat, quia talis conditio religioni in Romano Imperio Dominanti repugnaret, quod utique per pacificationes Acatholicis minime fuit concessum, August. Confess. addicti enim tolerantur, neutiquam vero eorum Doctrina approbatur, quod in tantum procedit, ut si cum aliquò, qui aperte est in possessorio, sicut intuitu Religionis Catholici sunt in Romano Imperio, res mihi sit, ulterius prætendere nil queam, quam in tantum, in quantum possidens Jus Possessionis mihi communicaverit; Tolerantia autem ultra casus expressos extendi non possit.

Menochius de Præsumpt. L. 4. Præs. 83. n. 26. Causam Religionis adeo favorabilem pronuntiat, ut si puellæ sub conditione, si nupserit, mille, si Monasterium sequatur, quingenti legantur, zelo in Religionem ardentissimo ob causæ favorem Monasterio mille attribuat: quidquid sit, tantum quingentos adjudicat R. P. Engl. de Privileg. Monast. Priv. 14.

Mævius nocturno tempore abscondit se in Ecclesia, ædituus ignarus claudit ostia pro consuetudine, ubi se securum videt, arripit Mævius Candelabra argentea, Lampades, Calicem &c. & se per

funem e feneſtra Eccleſiæ vult demittere, rupto fune frangitur crus, & miſere decidit in cæmeterium. Ædituus, cum mane Salutationis Angelicæ ſignum dare intendebat, ingrediens cæmeterium audit lamenta, ſigno prius dato inquirit, & miſerum invenit: recta Via petit Lictorem, qui ſibi ab ædituo exportandum delinquentem petebat, exportat illum ædituus, nunc eſt in manibus Juſtitiæ. Q. An iſte Delinquens Mævius non habuiſſet jus aſſyli in hac ipſa Eccleſia, in qua Sacrilegus erat? Caſus hic revera exſtitit: Diſputatum fuit acriter inter Parochum & Judicem loci, magnis ſumptibus ægrotus in Carcere reſtituitur, & lite pendente omnium oculos evaſit. Suſpicabantur omnes, nec inaniter, ad componendam litem effugii occaſionem reo factam eſſe, quidquid ſit, mihi videtur reo non competere hoc caſu jus aſſyli, ſi enim cuidam in flagranti deprehenſo manus injiciantur mere ad defendendam Eccleſiam, ad res ablatas furi eripiendas, talis eo ipſo conſtituitur in manibus juſtitiæ, ex quibus eum non eripiet ſequens provocatio ad immunitatem loci, Eccleſia enim hoc caſu non vindicat injuriam ſibi illatam, ſed cavet, ne ex ſpe immunitatis audaciores fiant aliqui, ad talia committenda, qui, niſi per Eccleſiam crederent ſe defendi, nullatenus fuerant commiſſuri. Quæ ultima tamen particularis Synodi conſtitutio non facit legem

universalem. Prævalet tamen prior ratio ad mentem Rev. D. Profess. mei in Jure Can. P. Franc. Xav. Zech S. J. Viri æterna observantia, & commendatione Dignissimi de Jure asyli Ecclesiastici Cap. VIII. §. CLXX. ibique in Terminis.

Stichus Testator scribit hoc modo: Cajus hæres esto, si filius ipsius duobus Mensibus Consul evadet: Q. an Cajus pendente conditione repudiare possit hæreditatem. Negativam clare innuit L. 151. ff. de V. S. L. 1. §. Decretalis ff. de Succeff. edicto L. 13. ff. de adquir. vel omitt. hæred. Ratio Legis est, quia hæc hæreditas nondum delata est, delata enim hæreditas tunc intelligitur, quando quis possit adeundo consequi, pendente autem conditione adeundo consequi non potest. Cod. Max. Civ. P. 3. C. 1. §. 5. n. 4.

Si Testator testamento decantatam in praxi, & nonnunquam præsertim apud plebejos ex consuetudine potius, quam intentione testantis adjectam Clausulam Codicillarem suo testamento inseri jusserit, hæres ad consequendam hæreditatem eligere potest, utrum ex testamento, vel ex Codicillo agere velit, si elegerit ex testamento agere, & succumbat, non potest ad aliud Remedium recurrere, ratio est, quia talis hæres censetur omne Jus suum in

Judicium

Judicium deduxisse, sciens, se unius Electionè alterius sibi aditum præclusisse. L. fin. in princ. Cod.de Codicill.

Lucius amore Berthæ corrumpitur, & ducit in Uxorem sine Dote constituta, ubi autem primus ardor evanuit, ad constituendam Dotem Bertham compellere attentat: nec Lucio actionem competere, nec Bertham Dotem dare debere decidit. L. 1. Cod. de Dot. promiss.

An vendita hæreditate jus accrescendi maneāt apud Venditorem, vel sequatur sponte sua Emptorem censemus cum Clariss. D. Rath. de Evictionibus Cap. 3. Assert. 6. apud venditorem manere, & dicimus, contrariam sententiam nec menti testatoris, nec voluntati contrahentium, nec naturæ translatæ hæreditatis convenire.

Mulier, si tanquam in suos ūsus pecuniam mutuaverit, alii creditura, non utitur SCto: alioquin propter toleratam in fæminis fraudem nemo cum illis contrahere vellet. L. 11. ff. ad SCtum Vellei.

Mævius Testator legavit Cajo suum aurum, & ārgentum: Cajus agit contra hæredem ad consequendam defuncti pecuniam paratam: in præsenti

casu

casu Cajus jure non agit, quia pecuniam signatam tale legatum non complectitur. L. 14. de aur, & arg. legat. Cod. Max. Civ. P. 3. C. 7. §. 22.

In Fidejussionibus Mulierum pro extraneo competit exceptio Senatus-Consulti Vellejani: si autem pro Marito intercesserit, competit exceptio in Auth. Si qua Mulier Cod. Max. Civ. P. 4. C. 10. §. 23. P. 1. C. 6. §. 33. eod. hanc Distinctionem in Judiciis Praxis formularia confundit, quæ de Jure non anxia solemnibus rerum agendarum formulis ac verborum accumulatis ambagibus immoratur.

Si cadaver occisi in præsentia illius, qui de homicidio perpetrato est suspectus, sanguinem emittat, periculosum est indicium, in Praxi tamen, & foro externo attendi non debet contra Menoch.

Mævius JCtus suscipit causam Titii in Judicio, Titius Cliens præter salarium promittit Patrono causæ 100. fl. si vicerit, quod Donum, quia Victoriæ causa impertiri solet, palmarium dicitur, cujus mentio habetur in L. 1 §. sicui cautum ff. de extraord. Cognit. Quær. jam utrum valeat hoc Pactum? & R. quod Non. Occasio enim datur Mævio per quævis mendacia improbo ausu ad victoriam in alterius præjudicium grassandi. L. 15. Cod. de Procu-

rat. Enimvero, ſi ſemel advocato arcana cauſæ ſunt communicata, & cliens ejus fidei ſe ſubjecit, haud tutum eſt, patronum cauſæ vel modice offendere, eapropter clientes ob timorem litis omnia Advocatis promittere præſumuntur, proindeque omnes contractus, pacta, & alii actus clientem inter, & Advocatum prohibentur. L. 6. §. 2. Cod. de Poſtul.

Si Filia Illuſtris renuntians Bonis paternis regreſſum in defectum Familiæ, bis auf einen ledigen Anfahl ſibi reſervavit, an Jus hoc reſervati Regreſſ. ad hæredes ſuos transmittat? R. de Jure communi diſtinquendo: Si hæreditas, cui renuntiavit, fuit ipſi delata, tunc hoc Jus transmittit ad quemcunque hæredem, ſecus vero, ſi ipſa ante hæreditatem paternam delatam moriatur: Wann ſie ihres Vatters Tod nicht erlebet hätte / atque ita conditio defecerit, ſub qua eſt Reſervatio facta. §. ex conditionali Inſt. de V.O. ſiquis 27. ff. eodem. Myns. Decad. 10. Reſp. 97. n. 12. in Cod. autem Max. civ. P. 3. C. 11. §. 6. n. 8. indiſtincte hoc jus ad hæredes transmittitur.

Titius Teſtator optimæ fortunæ inſtituto legitimo hærede Sempronio Cajum Legatarium ita ſcribit: Hæres meus Sempronius Cajo tot ſolvat in pecunia, quanti omnes Merces valuerint Lucii

Merca-

Mercatoris. Quær. utrum Lucius Mercator cogi possit ad edendum pretium : & ℟. non posse : quia maxima ipsius negotia fide de pretio habita perficiuntur, multum itaque refert, activas scire Mercatorum facultates. Ita cum Excell. D. Promotore meo Viro Eruditiss.

Sempronius Filium suum mittit Lipsiam, ut ibi studia frequentet, in artibus nobilibus se exerceat, & gradu academico insignitus revertatur : in quod negotium magnos sumptus facit, moritur dein Sempronius, lis est inter filium, & fratres circa collationem, quos sumptus Jure nostro statutario filius non tenetur conferre, nisi fratribus notabiliter sit læsa legitima, vel filius male impenderit, aut proprio peculio præstare potuisset. Cod. Max. Civ. P. 3. c. 1. §. 15. n. 6. & 7.

COROLLARIA
EX OMNIGENA JURIS SCIENTIA.

I.

IN Imperatorem Romanum eligi debet vir pius, christianus, & legitime natus.

II.

Salvo Jure suffragiorum, & inveteratæ in Imperio consuetudinis non nisi Germanus, & Catholicus eligi potest.

III.

Etiamsi Otto III. decennis, Henricus IV. quatuor, & Fridericus II. trium annorum ætate in Imperatores fuerint electi, post Capitulationem Josephinam tameu ætas pro Electione legalis est annus 18. completus.

IV.

Recursus ad Comitia regulariter tantum patet Statibus Sacri Romani Imperii ob gravamen commune, per Exempla tamen Ducis Saxo-Gottani de Anno 1700. Landgrafii Hasso-Darmstadiensis de Anno 1708. & Ducum Saxo-Meinungensium, & Isenacensium de Anno 1735. etiam defendi potest, recursum dari ob gravamen

men in se particulare, quod tamen consecutionis Ratione communis naturam inducit.

V.

Post tempora Friderici III. usque ad Pacis Westphalicæ tempora super Jure primariarum precum plura existunt Indulta Papalia, quod tamen de litteris provisionis, vulgo denen Bannis-Briefen nullibi deprehendimus.

VI.

Si Precista moriatur, antequam Beneficium quoddam vacaverit, vel preces repudiet, etiamsi jam præsentatus, liberum erit Imperatori alium nominare.

VII.

Non potest introduci Consuetudo, vi cujus permittitur Clericis facultas testandi de Bonis Beneficialibus ad causas profanas.

VIII.

Per solum ingressum in Religionem non solvuntur Sponsalia neque intuitu ingredientis, neque remanentis in sæculo.

IX.

Res Ecclesiasticæ mobiles non nisi quadraginta annorum curriculo præscribuntur.

X.

Prælatus Res Ecclesiasticas neque generali Hypotheca obligare potest.

XI.

Si a Prælato Res Ecclesiasticæ ad longius tempus, quam ad 3. annos locetur, infirmatur tota, vel quandoque tantum pars Locationis.

XII.

Compensationem opponere potest, qui se soluturum Juramento promittit.

XIII.

Periculum amittendæ sortis est titulus sufficiens pro requirendis Usuris ex mutuo.

XIV.

Mater non potest constituere liberis suis impuberibus Tutorem in Testamento.

XV.

Quarta Piana est omnium Bonorum, non quarta quartæ.

XVI.

Filiusfamilias non potest testari de bonis adventitiis irregularibus de jure communi, de Jur. Bav. non dubitamus.

XVII.

Testamentum Judici per Procuratorem offerri non potest.

XVIII.

Legatarii gaudent Jure accrescendi, licet tantum verbis sint conjuncti.

XIX.

Qui ad factum se obligavit præstando interesse non liberatur.

XX.

Vendita hæreditatis portione an etiam jus accrescendi venditum sit affirmative de jure communi: negat: de Jure Bav. defendi potest.

XXI.

Actor, licet nihil probaverit, potest reo deferre Juramentum, quod etiam de Jure Bav. defendimus.

XXII.

XXII.

Teſtamentum ad acta Fæminæ oblatum de more Germaniæ valere poteſt.

XXIII.

Filia illuſtris renuntiata renuntiatione definita non excluditur in conſolidatione Dominii utilis cum directo ex capite caducitatis.

XXIV.

Non tenetur Fœmina manifeſtare ſe eſſe prægnantem, etiamſi occultato partu de Jure Bav. habeatur pro infanticida, ſi Proles ſine aliis veſtigiis extincta deprehenditur.

STAATL. BIBLIOTHEK
REGENSBURG

STAATS-BIBLIOTHEK
BERLIN

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Prugger, Johann Joseph Bartholomäus, / Weiss, Udalricus Joseph. / Schleig, Maria Anna,

Dissertatio Inauguralis Juridica Ad Jus, Et Consuetudines Bavariæ De Jure Faeminarum Illustrium Singulari

Ingolstadii [1764]

Regensburg, Staatliche Bibliothek -- 999/A.Diss.7861a
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11076586-8
VD18 15049590